







Filología

K.0001533287

F.A. 053

634400

R 56756

# NIZOLIVS, SIVE THESAVRVS CICERONIANVS,

IN VSVM STVDIOSÆ  
iuuentutis collectus.

CÆLII SECUNDI CVRIONIS LABORE IAM OLIM  
auctus, Marcelli subinde Squarcialupi studio mactus digestusque.

Nunc verò multò quàm antehac locupletior factus, & ad Sectiones, in quas Ciceroniana opera sunt distincta,  
accommodatus: Nominibus quoque, sua Epitheta; Verbis autem, Aduerbia subiecta sunt.

Operâ & labore ALEX. SCOTI, Scotti; Artium liberalium Magistri, ac Iuris virtusque Doctoris.

Accedit ad calcem totius operis, FRANCISCI SYLVII Progymnasmatum in artem  
Oratoriam libellus, suo etiam INDICE illustrans.



L V G D V N I,  
APVD THOMAM SOVBRON.

— C I C I V I I . —







# ILLVSTRISSIMO DOMINO D. CAROLO CLAVESONIO, CHRISTIANISSIMI

GALLIARVM REGIS TORQVATÆ

*Militia Equiti, Clavesonii, Hosteduni, Mercurollij*

*et) Murelli Baroni nobilissimo*

*Alexander Scot*

*S. P.*

**P**RUDENTER Princeps ille ingenij & doctrinæ Plato. (Baro illustrissime) oculorum, inquit, est in nobis sensus acerrimus, quibus virtutem non cernimus, quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur. Hæc siquidem in humanis rebus vna latenti quadam vi, & energia nobis ne facie quidem (vt inquit Orator) nota, ad intimos usque animi sensus permeans, non secus ac ferrum magnes, in sui contemplationem mentes nostras rapit & erigit: suoque splendore in se animos ducit: nullo prorsus extrinsecus posito commodo & quasi lenocinante mercede: habetque hoc virtus, ut species eius & pulchritudo viros fortes etiam in hoste posita delectet: hinc fit, ut quoties eorum, qui rerum gestarum gloria claruerunt, præclara virtutis munera memoria ipsi per nos recolimus, aut Historiæ monumentis eadem consecrata cernimus, non modò egregiè hæc gesta imitandi studio teneamur, sed & arctiori quodam benevolentiae signo viuam hanc eorum memoriam prosequamur, & veneremur. Cùm itaque Turnonum non longè ab arce tua Clavesonia disiunctum ante paucos abhinc annos venissem, Academiam magna omnis generis discipulorum nobilitate tum florentem, & virorum doctrinæ laude insignium multitudine illustrem & splendescensem, otiumque in ea & moderatum & honestum (quandiu feroz diuinæ indignationis, quæ annis clapsis in nos conspirasse visa, nec sine dolore recolo, inconcussam non illam modò urbem, sed totas prouincias sanas & incolumes esse voluit) D. Mich. Coysardi eius Lycæi Rectoris prudentissimi, & de re literaria (ut priuata eius in me beneficia, quæ quanta sunt ipse mihi sum testis, sileam) optimè meriti benevolentia nactus, quarum artium singularis pulchritudo mentem meam usque à puerò admirabili sui desiderio incenderat tractare & persequi cœpisse, hæc me prima ratio in tui absensis adhuc & nondum noti traxit admirationem, colique à me & obseruari primi isti animi motus coegerunt. Nam &

Turnoni & vbi cunque mihi esse contigit, doctissimus quisque tuam eximiam  
humanitatem, incredibilem & in omnibus gratam pietatem prædicabat, egre-  
gia tua dicta & facta in ore semper habebat, tui recordatione mirum in mo-  
dum lætabatur, amoreque & acri & honesto, studiisque ad amplificationem  
honoris & gloriæ tuæ prompto & parato flagrabat, adeò ut ipse aliis dicen-  
tibus silere vix possem. Sed cùm meme diligentius applicasse propriusque  
admonissem, studio perspecto, vsu & consuetudine adiuncta, multò maiora  
& nobilitate tua digniora docuit experientia. Ad rei enim militaris, qua ex-  
cellis, peritiam, & in rebus gerendis raram prudentiam, quam optimorum  
virorum concitata sermonibus fama personabat, hoc quoque, quod rarius  
est, eoque præclarus existimandum, tuis laudibus adiungis, quòd ita faueas  
literatis viris, vt foucas ipse mirificè studia literarum, ita disciplinas colas, vt  
non modò ingenium, sed ipsas etiam excolas, & inter tot tam graues, tam  
multiplices curas, tantoperè ad tranquillitatem & salutem publicam perti-  
nentes quibus te rerum humanarum prouidentia districtum teneri voluit, nun-  
quàm ita dimittas studia literarum, quin quotidiè aliquid temporis bonarum  
artium cultui impertias, atque ita impertias, vt qui sæpe profuisti ciuibus  
tuis occupatus, prudentia, eruditione adeò & scriptis, vt nos non ita pridem  
vidimus, æquè prosis otiosus. Cyrum Regem Persarum narrat Xenophon,  
cùm Lysander Lacedæmonius ad eum Sardis venisset, quendam ei conceptum  
agrum diligenter consitum ostendisse: cùm autem admiraretur Lysander &  
proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, dixisse, mirari se  
non modò diligentiam, sed etiam soleritatem eius à quo essent illa dimensa: &  
ei Cyrum respondisse: Atque ego ista sum dimensus: Tum Lysandrum: Recte  
verò te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est.  
Quantò tu Cyro beatior, qui non arborum surculos, aut in quincuncem dispo-  
sitos ordines, sed longius quiddam, quàm vitæ termini ferunt, spe atque ani-  
mo de tua gloria cogitans, doctorum virorum sylvas, literarumque & do-  
ctrinæ monumenta tua manu sata esse, iure quodam tuo possis gloriari. Huius  
porrò Academiæ viros, ita priuato quodam animi affectu colis, & quoties te  
præsentes præsentem videre volunt, beneuolè acceptos dimittis, vt meritò  
dubitemus vtrum pietatem magis tuam, an singularem munificentiam adini-  
rari debeamus. Qui tuus erga nos animus èst omnibus charior, quò mani-  
festiùs èum ab ardente Catholicæ religionis tuendæ, ac propagandæ stu-  
dio, cui non parum confert iste locus, scimus proficisci. Eæ me omnes causæ  
impulerunt, vt lucubrationes meas, quas in *Nizolum hunc, siue Thesaurum Cicero-*  
*nianum* concessi, tui nominis gloria tutas emittere potissimum iudicarim, nec  
tanquam munusculum tibi spontè consecrare, sed veluti iure debitum offerre.  
Quid est enim quod tuo celeberrimo nomini pro eximia tua in literatos om-  
nes voluntate non debeatur? Vel quis non æquissimum arbitretur, vt qui hu-  
ius Academiæ patronorum unus optimus, eiusdemque Rectoris amantissi-  
mus, exstiteris, eiusdem auspiciis suscepitæ lucubrationes (quod nos & feci-  
mus, &, vt nostræ fortunæ modus tulit, perfecimus) in tuam fidem ac patro-  
cinium commendentur? Accipe igitur hoc nostrum siue grati animi pignus,  
siue fidei monumentum obseruantiaeq; testimonium: quòd, si quando in eo  
mentem tuam reficere libuerit, Romanæ illi, puræq; Latinæ dictioni illu-  
strandæ

strandæ & propagandæ non parum adferet adiumenti. Sin autem grauiora, quibus tuus est occupatus animus, hisce leuioribus Musis oblectari non permittunt, habes veræ paternæ virtutis æmulum Florifellum Clavesonium, ad optimæ quæque natum filium tuum, in his ipsis Eloquentiæ castris iam iam militantem, cui nec ingratus, nec inutilis meus iste sit futurus labor.

Quòd verò sub tui nominis splendore prodeant, non  
dubito quin omnibus, qui nobiscum sunt,  
Eloquentiæ studiosis multò sint gra-  
tiores. L V G . I I I I . I D . M A R .

..LIVCXCI CIC

\* \* \*

3



Quid acerbo tempore in hominibus legendis biogescit, non

hupiter diu omnibus dum hominem tuus.

Hoc deinde fidei suae gratia.

Agustini de Moribus et Mores.

C. 1. 30. XXCVII.

\* \*



## AD OPERIS HVIVS LECTOREM ERVDITVM.



Dunsius arguto vixit prænomine Scotus,


Huncque diu constat per celebrazio[n]e Sophas.

Mortuus, an viuus? viuus, quoque mortuus extat,


Mortuus ille quidem: viuus at alter adest.

Mortuus, an fallor? fallor. Manet ille superstes.

Scripta (vides?) eius, nomen & iste nouat.



A. Guerinus Lugd. Art. Mag.



E I V S D E M A D  
V N I V E R S I T A T I S  
T V R N O N E N S I S S T V  
D I O S A M I V V E N T V T E M  
P R A E F A T I O .

ONTEMPLATVS Aristoteles orbis molem vniuersi, cùm suis quæque locis disposita aptèque collocata cerneret, summum illius bonum, atque idcirco maximum diuinæ sapientiæ opus esse τὸ τέλον affirmauit. Hoc etiam pacto egregiè dispositum eloquentis viri ingenium licet intueri, diuinique operis fidelem eum comitem dicere, qui verba & sententias, rerum prima signa mentisque expressas imagines, quas cogitationum humanarum nuntium vocat idem Aristoteles, in orbem & disciplinam redigit, animique conceptus ordine congruenti, oratione quæ humanos quocunq; libet animos flectit distincta & ornata potest efferre. Atque huius quidem sapientiæ laudem sicut inter Philosophos omnium planè iudicio sibi vindicauit Aristoteles: ita inter Oratores qui se M. Tullio Ciceroni præferre, imò vel adæquare possit, inuenietis neminem. Nam cùm ante illum multi, cùm Graci tum Latini prestantes ingenio viri discretis de rebus, & Remp. administrantib. perquām necessarijs, ornatè & copiosè scripsissent, perfectam illam Eloquentiam, quam ille ingenij lumen solet vocare, M. Tullius Iurisconsultus, idem Philosophus, omniumque disciplinarum peritissimus (his enim terminis Oratorem definit Quintilianus) primus illustravit. Siue enim quietem & otium quis sequatur, & à regendis ciuitatibus liber totum se ad cognitionem rerum transtulerit, quæ vita, inquit idem, propter tranquillitatem, & propter ipsius scientiæ suavitatem, qua nihil est hominibus iucundius, plures quam utile fuit Rebus publicis delectauit, quam in omni Philosophiæ parte versatus extiterit (Cicero obscurissimi ab eo loci doctè & copiosè tractati testantur. Annon Academicæ quæstiones, Tusculanae magna ex parte disputationes, de Natura deorum, de Vniuersitate sublime eius in physicis ingenij acumen, & in naturæ obscuritate accuratam cognitionem demonstrant? Quæ verò de morum ratione, rerumque publicarum rectione tractat, partem eam nónne quinque de finibus bonorum & malorum libris, tribus de Legibus, totidem de Officijs, de Somnio Scipionis (nam de Repub. sex illi, à doctis viris nunquam satis laudati libri, quorum hoc est fragmentum, temporis iniuria hominumque inertia perierunt) dialogis de Amicitia, de Senectute, Paradoxis, doctè & concinnè est persecutus? Quid de quæstionibus illis omnium difficillimis & obscurissimis, de Diuinatione, de Fato, dicam? quas ita Cicero tractauit, ut inter omnes omnium sectarum Philosophos honorarius arbiter venisse videatur.

Sin autem eadem prudentia, sed consilio ad vita studia dispari, qui habet à natura adiu-  
menta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, suscipiendo magistratus, gerendam  
sibi Rempub. arbitretur, plurimæ eius Epistolæ de rebus bellicis & urbanis prudenter scri-  
ptæ Imperatorem, nilitem, priuatum, publicumque informabunt. Siue denique rerum fo-  
rensum capiat oblectatio, vna eius pro Cæcina oratio, & Topica ad Trebatium Iuriscon-  
sultum ostendunt, qualis quantusque in iuris prudentia fuerit Cicero. Nihil hic de ratione  
differendi, in qua vna ita videtur excelluisse & omnes tum Græcos, tum Latinos superasse,  
ut unum omnium oratorum Latinè loqui elegantissime, acerrimus estimator ipse Cæsar in-  
dicarit. Quò magis mirum videatur, in tanta cuiusque generis locorum copia, qui ab hoc  
diuini ingenij viro, tanta facundia, sententiarumque vertigate sunt tractati, ita nos in  
clara luce cœcutire, ut ne tria quidem verba, sine orationis vitio possimus vel scribere  
vel proferre. Quod cum ideo fieri, quia ad hunc virum raro diuertimus, & cum eo non sape  
loquamur, viri plerique docti iudicassent, laborem qui tanto huic malo consuleret, vel quod  
grauior aut diuturnior per se videretur, vel quod ad altiora spiraret animus, nulli suscep-  
perunt. Donec tandem Marius Nizolius, vir Italus, & vel hoc uno nomine de re lite-  
raria optimè meritus) viam quandam, quæ ad hunc eloquentiae fontem ducat, breuem &  
quasi compendiariam adinuenit: is siquidem arduo conatu, felicique successu Ciceroniana  
quæque tam simplicia quam coniuncta verba, quorum delectus origo est Eloquentiae, in  
unum quoddam opus collegit, ut qui etatis, ingenique tenacitate Ciceroniana dictioñis or-  
natum nondum asséqui, aut qui plurimorum indies autorum volumina tractant, Ciceronis  
dicendi filum memoria retinere non possunt, quæ inter scribendum aut loquendum sur-  
pant, an in Cicerone inueniantur nullo statim negotio agnoscant. Neque ea industria, quæ  
per se maxima summâque laude digna contentus fuit, sed & quot modis vnam rem M.  
Cicero extulerit, & quomodo pro aliorum autorum verbis, qui longè ab illo fonte discre-  
pant, Ciceroniana possent substitui, pulchre edocuit. Sicque & ornandæ, idem & varian-  
da dictioñis viam demonstrauit. Cuius studium Cœlius Secundus Curio, & Marcellus Squar-  
cialupus viri eloquentissimi egregiæ adauxerunt, in meliorem ordinem digesserunt, multisque  
modis locupletarunt. Sed cum multa ad tanti operis perfectionem adhuc deesse cernerem, &  
ex indicibus ad Ciceronis opera non satis bona fide collatis multa, ex aliorum in Ciceronem  
commentarijs quedam barbara, aut tanto viro non satis digna, quæ vix ferendos in iu-  
uentutis animis errores procreant, huc irrepsisse, denique Aldini exemplaris desiderium, cu-  
ius paginas secutus est Nizolius, quod nusquam apud nos inuenitur, agelli toties bene culti  
fructum sustulisse. Quod multi ægrè, id ego molesto animo tuli, eoque maximè, quod videbam  
neminem in hoc tanto malo adeò & molestia opem iuuentuti vel ferre vel moliri. In hoc ergo  
studij genere communis, & imprimis vestri emolumenti spes, & ingrauescens indies deside-  
rium aliquid conari hortabatur, Academæ vero Rectoris prudentissimi, utilitatisque ve-  
stræ perquam studiosi mandatum (cui me quicquam denegare priuata eius in me studia  
prohibent) cunctantem, & propter grauitatem oneris differentem penè coëgit. Suscepi ita-  
que hoc munus, & ut ingenij tenitas tulit aliarumque occupationum onus permisit, Dei  
Op. Max. beneficio perfunctus sum. Ciceronis ergo in primis Opera cum Rhetorica & Phi-  
losophica, tum quæ orationes continent, ne paginarum tanta in posterum diuersitas nos re-  
tardet, in periodos (Sectiones vel tūmpata appellemus licet) breues & succinctas diuisi-  
mus, ad quas quæcumque hic citantur testimonia, & dicendi rationes, tam quæ incerta pagi-  
na legebantur (ut quæcumque Curio Secundus in hoc opus contulit) quam quæ Aldi Manu-  
tij pagina notabantur, diligenter adaptavimus. Epistolarum vero, quod pleraque breiores  
sint, quam ut huiusmodi distinctiones commode patiantur, librum & eiusdem epistolam ex

D. Lam

D. Lambini emendatione (quam nos maximè sumus fecuti) tantum indicauimus. Voces quæ vel non satis obuium, vel à vulgi consuetudine abhorrentem, sed ornatiorem usum habere visæ sunt, succinētis in principio statim verbi Scholijs illustrauimus, verborum cùm simpli- cium tum coniunctorum, *Quæcav Ciceronianarum*, quæ prius non animaduersæ, vel prateri- tæ, non tenui supellec̄tile locupletauimus. Adulterinis multis, quæ ex indicibus aut commen- tarijs hoc opus inuaserant sublatis, Ciceronis verba substituimus. Totum denique opus ita ad meliorum codicum, præsertim Lambini, Fuluij Vrsini, & Caroli Stephani fidem emendaui- mus, ut ne voculam quidem, nisi prius ad ipsum M. Tullij fontem collatam sciens præterie- rim. Porro quò facilius, ut phraseo, ita & dictionum ad rem exprimendam, suisque coloribus depingendam appositarum delectū adhibeatis, substantiis ēm̄dētor (nos adiuncta vocauimus) εὐποιας ἀπερ (inquit Plutarchus) ινείως καὶ τερσφυῶς τοῖς ὑπονεμόις ἡρμοσμένα σύνταξις ἔχει τοῖς κυρίοις δύο μετρι, obseruuta operum Ciceronis literarūmque serie subiunximus; verba verò suis Aduerbijs, eodem ordine & studio decorauimus: & quò facilius aequis estimator quid nos hic præstiterimus agnoscat, quæ sunt nostro marte addita hoc crucis & trifolijs & signo denotauimus. Hæc autem singula quantum momenti ad rectè & expeditè Romanam elocutionem, dicendique peritiam comparandam & conseruandam valeant, neminem esse arbitror vestrūm, qui non satis, me tacente, per se ipse intelligat. Quòd si quis propter com- munem vtilitatem, tum literarum dignitatem, tum vt amici satisfacerem voluntati iure su- sceptum hoc munus à me, & perfectum concedat, in alieno tamen opere tantum studij tan- tamque operam non esse consumendam arbitretur, imò (quæ est à summis ingenijs, exquisi- taque doctrina viris probata ratio) iustioribus vtatur ijs qui se omnino à scribendo auo- cent, quam qui alienæ industriae volunt modum statuere. Ab hoc ego eò lubentius dissentio, quòd neque quemquam adhuc fuisse iudicem, in quo perfecta fuerint omnia: neque modum esse ullum inuestigandi veri, nisi inuenieris. Quis enim aliquid simul & inuenit & expoliuit? Rhetorica annon ab Empedocle, Tysia & Corace multò antè non inuenta modò, sed etiam perfecta, quam à Demosthene & Cicerone hæc est elaborata dicendi vis & copia? Thucydides primus instituit dilatare verbis, & mollioribus numeris explere sententias: num propterea aut à scribendo deterrendus Isocrates, aut aſternandus melle dulcior Xenophon? Zeno, Empe- docles, Demosthenes Dialecticam inuenierunt, quam tamen aureum ille flumen fundens Aristoteles, & qui à diuinitate loquendi nomen sortitus est Theophrastus, excoluerunt. Accedit quòd in toto hoc negotio ita ego integrè sum versatus, vt neque desint aliorum, qui in hac palestra desudarunt, laudatores, & vos ex agro tam feraci & fertili prius negatas fruges percipietis ubriores. Nam cùm ſepe in promptu effent dicendi formulae, quam Nizolianæ fortè non minùs nostro instituto accommodatae, fartam teatram tamen eius industriam ſemper reſeruaui, quod quanti fuerit laboris, nōrunt qui noctes & dies in hoc ludo versantur, & qui me neque Aldinas, nec quæ ad eas accederent paginas unquam potuisse nancisci intelligunt, donec iam immineret operis fastigium, cùm est ad me allatus Geneuensis quidam Codex, qui non Manutij, vt illius titulus affirmat, sed Colinei, nec eas ubique, néue fideliter annotatas paginas in margine referebat. Iacobi Cellarij opera ex Ciceronis Fragmentis buc translata \* aſterisco, vt idem ille instituit, ſunt signata. Et cùm nonnulli dum ſe maiorum gentium Ciceronianos volunt vocari Nizolium, & Curionem ob id incitiae & ſocordiæ accuſent, quòd cum ſingulis vocabulis (hoc ſe præſtitifſe Curio affirmat) breuem & concinnam interpretationem apponunt, aut ex ipſa verbi, reiue natura petitam, aut ex optimis authoribus aſſumptam, aut ſimi- libus & penè idipſum ſignificantibus Ciceronis verbis adornatam, plerasque (inquiunt) voces pro Synonymis que nihil minùs quam Synonyma, plerasque pro contrarijs, quæ nihil

nihil sunt minus quam contrarie, posuerunt. Horum ego sententiam tantisper consecutor, dum verba, quæ rerum signa vocat Aristoteles, pauca, addo ego etiam nulla, in eadem lingua, idem signare concludentes, se Philosophos profitentur: Curionem tamen, qui hanc varian-  
da et exornanda dictio rationem demonstrauit, cum M. Tullium habeat autorem, insci-  
tiae condemnare non auderem. Nam et ipse Cicero honestatem, laudem, decus, quæ qua ra-  
tione Synonyma dici possunt non inuenio, unam rem declarare voluit: domum, agrum, do-  
ctrinam, artem fidelem posse dici. Varietas, inquit idem, Latinum verbum est, idque pro-  
priè in disparibus coloribus dicitur: sed transfertur in multa dispergia, varium poëma, va-  
ria oratio, varij mores, varia fortuna, voluptas etiam varia dici solet, adeò ut hanc di-  
cendi libertatem qui perneget, modò ea cautè utamur, et inspecta priùs propria verbi si-  
gnificatione, idem Ciceronem Latinæ linguæ parentem, ut bene dicendi hostem excludat ne-  
cessè est. Synonyma verò Græca Latinis correspondentia passim inferere cum in principio  
operis constituisse, operarum, qui omnia alienis locis collocarunt, temeritate et ignorantia re-  
uocatus, rem in secundos typos, quæ iuuante diuino numine, et limatiorem hanc operam acci-  
pient, et quæ incuria alienis locis irrepserunt sedulò resarcient, totam distulimus. Quod au-  
tem tardius quam quorundam ferebat opinio, hasce nostras lucubrations emiserim, id par-  
tim ipsius operis granditati, quæ nec unius mensis vel anni, neve mediocrem diligentiam  
postulabat, partim temporum calamitati, quæ semel et iterum ab incepto iam labore reuoca-  
uit, et à studio perficiendi animum prorsus abalienauit, Typographorum denique cum iam  
excudere conarer, cursum reuocauit, ingenuè tribuatis. Si quid denique cessatum aut indu-  
stria minus elaboratum, vel etiam erratum cognoueritis, id nostre mentis imbecillitati,  
vel temporis, quæ nos alio vocauerat, angustæ condonate. Quod si quis  
εἰ αὐτοῖς τινὶ τὰς ὁφθαλμὸς ἔχων (ut de Lamia Plutarchus)  
seuerius institerit: non alienæ industrie detrectatorem,  
sed Christianum correctorem expetimus.

Lugd. decimo Calend. April.

CIO IO XXCVIII.

\* \*

OPERVUM

OPERVVM CICERONIS, QVIBVS IN HOC OPERE  
 VSI SVMVS, ELENCHVS: EX QVO ETIAM, QVÆ VNA AVT  
 altera litera seu nota citantur, propter breuitatem,  
 facile intelligi posunt.

**A**D Herennium libri *IV*.  
*Cornificij*, non *Ciceronis*.  
*De Inuentione* lib. *II*.  
*De Oratore* lib. *III*.  
*Brutus*, sine de *Claris oratoribus*.  
*Orator*.  
*Topica*.  
*Partitiones Oratoria*.  
*De optimo genere Oratorum*.  
*Pro P. Quintio*.  
*Pro Sex. Roscio*.  
*Pro Roscio Comædo*.  
*In C. Verrem ait. VII*.  
*Pro M. Fonteio*.  
*Pro A. Cecinna*.  
*Pro Lege Manilia*.  
*Pro A. Cluentio*.  
*Contra Rullum orationes III*.  
*Pro C. Rabirio*.  
*In L. Caecilinam orationes IV*.  
*Pro L. Murana*.  
*Pro L. Flacco*.  
*Pro P. Sylla*.  
*Pro Archia poëta*.

*Antequam iret in exilium*, *I. Declaratoris cuiusdam*, non *Cic.*  
*Post redditum*. *II*.  
*Pro domo sua*.  
*De Arnispicum responsis*.  
*Pro Cn. Plancio*.  
*Pro P. Sestio*.  
*In Vatinium*.  
*Pro Calio*.  
*Pro Cornelio Balbo*.  
*De Provinciis consularibns*.  
*In L. Pisonem*.  
*Pro Milone*.  
*Pro Rabirio Posthumo*.  
*Pro M. Marcello*.  
*Pro Q. Ligario*.  
*Pro Desotaro*.  
*In M. Antoniū Philippicæ XIII*.  
*Salusti in* *Ciceronē*. *Ambe Declamatoris*  
*Ciceron in* *alicius*, non *Ciceron*.  
*Salustiūn*.  
*Epistola Famil.lib. XVI*.  
*Ad Atticum lib. XVI*.  
*Ad Brutum lib. I*.  
*Ad Qu. fratrem lib. III*.  
*Ad Brutum non ita pridem inuenita epistola septem*.  
*Ad Octavianum epistola*.  
*Academica questiones*.  
*De Finibus libri V*.  
*Tusculan. quest. lib. V*.  
*De Natura deorum lib. III*.  
*De Divinatione lib. II*.  
*De Fato liber*.  
*De Legibus libri III*.  
*De Vniuersitate liber*.  
*De Petitione consulatus*.  
*De officijs lib. III*.  
*Lelius*, sine de *Amicitia dialogus*.  
*Cato*, sine de *Senectute dialogus*.  
*Paradoxa*.  
*Somnium Scipionis*, è sexto de *Repu.*  
*Aratus*, è *Graco* versus.  
*De rep.li.VI.ex alijs:nā nō extāt)*  
*(nota contrariaj*.  
*L.Leve*.  
*\* Alicius defectus indicium*.

Orationes Ciceronis, ex quibus fragmenta sunt reliqua.

*Pro M. Tullio*.  
*L. Vareno*.  
*P. Oppio*.  
*M. Fundanio*.  
*C. Cornelio II*.  
*In Competitores*.  
*Pro Q. Gallo*.

*De Proscriptorum liberis*.  
*Contra Q. Metelli concionem*.  
*De consulatu suo*.  
*In Clodium & Curionem*.  
*De rege Ptolemao*.  
*Pro M. Æmilio Scauro*.  
*A Gabinio*.

Fragmenta orationum.  
*Pro P. Quintio*.  
*M. Fonteio*.  
*De lege Agraria*.  
*In L. Pisonem*.  
*Ex commentarijs causarum*.

Fragmenta librorum Philosophorum M.T.C.

*Oeconomica* è *Xenophonte*.  
*Protagoras* è *Platone*.  
*De Jure Ciuiili*.  
*De Augurijs*.  
*Hortensius, vel*,  
*De Philosophia*.  
*M. Cato*, seu, *Lans M. Catonis*.

*De Gloria lib. II*.  
*De Consolatione*.  
*De suis consilijs*.  
*De virtutibus*.  
*De notis*.  
*Chorographia*.  
*Fragmenta librorum*.

*Academicorum*.  
*De Natura Deorum*.  
*De Divinatione*.  
*De Legibus*.  
*De Fato*.  
*Timæi, ex Platone*.

Index fragmentorum ex Epistois M.T.C.

*Ad M. Titinium*.  
*Ad Cornelium Nepotem lib. II*.  
*Ad C. Cesarem lib. III*.  
*Ad Cesarem iuniorum lib. III*.  
*Ad C. Pansam lib. III*.

*Ad A. Hirium lib. IX*.  
*Ad M. Brutum lib. VIII*.  
*Ad M. filium lib. II*.  
*Ad M. Licinium Calum*.  
*Ad Qu. Axium*.

*Ad Catonem*.  
*Ad Cerelliam*.  
*Ad L. Plancum*.

Fragmenta Poëmatum M.T.C.

*Phænomena* ex *Arato*.  
*Alcyones*.  
*Limon*.

*Marius*.  
*Prognostica*.  
*De Consulatu suo lib. III*.

*De suis temporibus*.  
*Elegia Tamelaisticæ*.  
*Iocularis libellus*.

Ceterum

Ceterum ne quem Epistola à Dionysio Lambino, alieno nonnunquam à vulgari librorum ordine disposita removetur, ab illo immutata, aut aliter ac communis habet editio priuata quodam iudicio diuisa, è vulgari regione in subiecta tabella paucis descripsimus.

*Epist. que ad Familiares lib. sexto.*

Edictio { ep.8.  
Vulg. { ep.9. & 10. } Lamb. { ep.8. & ep.9.  
          { ep.10. }

*Libro octavo.*

Vulg. {	ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10. ep.12.	Lamb. {	ep.9. ep.8. ep.10. ep.6. ep.7. ep.13.
---------	--	---------	--

*Libro decimo.*

Vulg. {	ep.34. ep.35.	Lamb. {	Ep.35. Ep.34.
---------	------------------	---------	------------------

*Libro decimo quinto.*

Vulg. {	ep.7. ep.9.	Lamb. {	ep.9. ep.7.
---------	----------------	---------	----------------

*Libro decimo sexto.*

Vulg. {	ep.1. ep.2. ep.3. ep.4. ep.5. ep.6. ep.7. ep.10. ep.12. ep.13. ep.15.	Lamb. {	ep.5. ep.7. ep.1. ep.2. ep.3. ep.4. ep.6. ep.11. ep.10. ep.15. ep.13.
---------	---	---------	---

*Epistolarum ad Atticum libro primo.*

Vulg. {	ep.2. & 3. ep.4. ep.5. ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10. & 11. ep.12. ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19.	Lamb. {	ep.2. ep.3. ep.4. ep.5. ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10. ep.11. ep.12. ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17.
---------	--	---------	--

*Libro secundo.*

Vulg. {	ep.8. ep.9. ep.10. ep.11. ep.12.	Lamb. {	ep.9. ep.10. ep.11. ep.12. ep.8.
---------	--	---------	--

*Libro tertio.*

Vulg. {	ep.1. ep.3. ep.4. ep.13. ep.14.	Lamb. {	ep.4. ep.1. ep.3. ep.14. ep.13.
---------	---	---------	---

*Libro decimo.*

Vulg. {	ep.4. ep.5. ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10. ep.11.	Lamb. {	ep.4. & 5. ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10. ep.11. & sic deinceps.
---------	--	---------	---

*Libro undecimo.*

Vulg. {	ep.19. ep.20. ep.21. ep.22. ep.23. ep.24. ep.25.	Lamb. {	ep.21. ep.23. ep.24. ep.25. ep.20. ep.22. ep.19.
---------	--	---------	--

*Libro duodecimo.*

Vulg. {	ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21. ep.22. ep.23. ep.24. ep.25.	Lamb. {	ep.13. & 14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21. & 22. ep.24. ep.25.
---------	--	---------	--

ep.34. paulò infer.  
Hircij epistolam  
ep.34. & 44.  
altera pars 44.

*Libro decimo tertio.*

Vulg. {	ep.35. & 36. ep.37. ep.38. ep.39. ep.40. ep.41. ep.46. ep.49. initiu ad Cæsarē.	Lamb. {	ep.35. ep.36. ep.37. ep.38. ep.39. ep.40. ep.41. ep.46. ep.49. initiu ad Cæsarē.
---------	---	---------	---

*Libro decimo quarto.*

Vulg. {	ep.13. & 14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21. ep.22.	Lamb. {	ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21. ep.22.
---------	--	---------	--

*Libro decimo quinto.*

Vulg. — ep.26. — Lamb. — ep.26. ep.27. ep.28. —

*Libro decimo sexto.*

Vulg. {	ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21. ep.22.	Lamb. {	ep.13. ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21.
---------	--	---------	--

*Ad Brutum.*

Vulg. {	ep.1. ep.2. ep.3.	Lamb. {	ep.1. ep.2. ep.3. ep.4.
---------	-------------------------	---------	-------------------------------

Et deinceps.



# APPARATUS LATINÆ LOCUTIONIS, EX M. T. CICERONIS LIB.

OLIM A MARIO NIZOLIO INCHOATVS,

NVNC VERO ALEXANDRI SCOT OPERA

in iuuentutis purioris dictionis studiæ gratiam

absolutus, in quo omnia, quæ sunt ad

perfectum orationis ornatum

necessaria continentur.



A.



CVM LATINORVM, tūm Gra-  
corum, & Hebraicorum litera princeps,  
quābi δέλτα, illi ἄλφα vocant, estque  
utrisque primum in numeris, βῆτα se-  
cundum, & sic deinceps, ut ordine lite-  
re 10. subsequuntur, postea vero per de-  
naria, centenaria, vel millenaria, con-  
numeranda erunt. 1. de Diu. 2. 3. Sus ro-  
stro si humi A, literam impresserit,  
nonne propterè suspicari poteris,

Andromacham Ennij ab ea posse describi? pro Milo. 15. Nec  
vobis tam salutarem hanc in iudicando literam, nec illis tam  
tristem dedisset. Romanis enim in iudicio absolutionis nota erat.  
¶ Prepositio, cuius variis usus qui vulgare cognitionem videntur  
fugere, ab eloquentia parente emendare repetamus, eiusdem cum ab  
& abs virtutis. Ora. 158. Vna præpositio est A, ab, vel abs: eaque  
nunc tantum in acceptis tabulis manet, ne his quidē omnium,  
in reliquo sermone mutata est. Nam amouit dicimus, & abe-  
git, & abstulit, vt iam nescias, ab ne verum sit an abs. Quid si  
etiam abfugit turpe visum est: & abfert noluerunt, aufert ma-  
luerunt? Quæ præpositio præter hæc duo verba nullo alio in  
verbo reperitur.

¶ Remotionis. 2. Fa. 1. Te absuisse tandem à nobis & doleo, quod  
carui fructu iucundissimæ consuetudinis tuæ. 2. Diu. 95. Quis  
enim non videt & formas & mores & plerosque status ac mo-  
tus, affingere à parentibus liberos.

¶ Hinc dicendi illa formula, accipere ab aliquo literas, & qua verbo  
constant passio. 2. Q. Fr. 15. Sic enim habeo me nunquam à cau-  
sis iudiciisque districtiorem fuisse. de Arusp. 29. Cerimonias ab  
omni vetustate acceptas. 15. Att. 27. Minime totum amorem ab  
ea mecum abstuli. \*pro C. Corn. 1. Quod passus esset à populari  
confessu Senatoria subsellia separari. cont. C. Ant. Caput ad Syl-  
lam usque à Ianiculo ad ædemi Apollinis detulit. In Clod. Lon-  
gè te à pulchris abesse sensisti. Prot. Vnde tandem appares, So-  
crates: an id quidem dubium non est, quin ab Alcibiade: Ac. An  
Arcessilam à quo audit tu fortasse verum dicis.

¶ Latin hac prepositione idem significarunt quod voce pro, præser-  
tim cùm ea que aut profint alicui, aut in defensione sint, volunt expri-  
mere, quis enim ex vulgo sic loquitur: ab aliquo esse, dicere, facere. 1.  
de Or. 55. Vide ne hoc totum Scœuola sit à me, id est, pro me, vel  
mecum. 2. Tusc. 7. Qui sunt ab ea disciplina, pro Clu. 93. Non  
modò dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. 1.  
ad Her. 9. A testibus dicemus, secundum authoritatem & vitam  
testium. 1. de Inu. 90. Commune est, quod nihilo magis ab ad-  
uersariis quam à nobis facit. & 81. Ait à se potius quam ab ad-  
uersariis stare. 4. ad Her. 4. Illud enim veremur, ne cui satis sit  
ad contrariam rationem probandam, quod ab ea steterint ij,  
qui & inuentores huius artificij fuerunt.

¶ Iunctum cura verbis significantibus solutionem, medium aliquem  
significat, per quem creditori pecunia numeratur, ut ab aliquo soluere,  
persoluere, dare, representare, numerare, suppeditare quempiam dicit  
Cicero. quod Barbari, alicui satisfacere per aliquem. 7. Attic. 17. Fra-  
ter laborat, vt tibi quod debet, ab Egnatio soluat. pro Cec. 17.  
Pecunia soluitur à Cefennia. pro Pla. 103. Sinite me quod vobis

fretus, huic sèpe promisi, id à vobis ei persoluere. pro Flac. 35.  
Ab A. Sextilio dicit se dedisse. 5. Attic. 21. Se à me soluere, quod  
enim prætori dare consuēt, quoniam ego non acceperam,  
se à me quodammodo dare. 12. At. 25. Reliquæ pecuniae vslarum  
Sillio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus. pro Flac. 44.  
Si prætor dedit, à quæstore numerauit, quæstor à mensa publi-  
ca. con. Rull. 32. Sumptum haurit ex æario, suppeditát à locis.  
& 41. Misimus qui ab illo pecuniam depositam nostris recupe-  
rarent. pro Mil. 57. Mars communis, qui sapient spoliante iam  
& exultantem euerit, & percult ab obiecto. 2. de Orat. 7. Ab  
obliuione hominum atque à silentio vindicare.

¶ Hac prepositione (inquit Schorus) effrimus ea, que vulgo signifi-  
cantur per Quantum pertinet ad, vt. 10. Fa. 15. Antonius ab equi-  
tatu firmus dicebatur. 8. 10. Paratus ab exercitu. 7. Att. 15. Su-  
mus flagitosi imparati, cùm à militibus, tum à pecunia. de Cl.  
or. 63. Ille Gracus ab omni laude felicior. pro S.R. 85. Vir ab  
innocentia clementissimus. de Cl. 161. Instructus à philosophia,  
à iure ciuili, ab historia. 233. Mediocriter à doctrina instructus.  
1. Acad. 29. Nihil enim valentius esse à quo intereat. 7. V. 32.  
Denudare à pectore. Postq. ad Quir. 15. Nudus à propinquis,  
nulla cognitione munitus. pro Dom. 58. Tam inops eram ab  
amicis: tam nuda responsio à magistratibus: de Cl. 227. Tum  
erat ab oratoribus quædam in foro solitudo, pro Flac. 54. Orba  
ab optimatibus concio. 4. Ac. 105. Quod (mare) nunc, quia à so-  
le collucet, albescit & vibrat. 1. Att. 1. Qui sic inopes & ab ami-  
cis & estimatione sunt.

¶ A seriem temporis notat. 3. de Or. 7. Qui annus ei primus ab ho-  
norum perfunctione fuit, id est, post. 13. Attic. 30. Ab ea igitur, vt  
scribis, id est, post eam auctiōrem venies. || Pro Clu. 142. Neque ab  
illico tempore quod tum erat, neque ab ea causa quæ tum ageba-  
tur aliena fuerunt. 3. de Nat. 11. Homerius qui recés ab illorum  
ætate fuit. 4. V. 30. Ab illico tempore secū illos habuit. 2. 1A. 04. Ab  
hora terræ bibebatur. de Sen. 19. Cuius à morte tertius est an-  
nus. || 1. de Diu. 115. Viget enim animus in somnis, liberque sen-  
sibus, ab omni impeditione curarum iacente & mortuo penè  
corpore, qui quia vixit ab omni æternitate, versatusq; est cum  
innumerabilibus animis, omnia quæ in natura rerum sunt vi-  
det. 125. Ea est ex omni æternitate fluens sempiterna veritas.

¶ Perquam ornati dicendi modi: à principio, ab initio, à primo quo-  
rum loco, iniuria multam Barbariem supplevit. 10. Att. 1. Nosmet-  
ipsi qui Lycurgæ à principio fuissemus, item vellem te à prin-  
cipio audisse. 1. Qu. Fr. 19. Quod tibi esset antiquissimum & ab  
initio fuisse, vt primum Asiam attigisti constante fama atque  
omnium sermone celebratum est. vide Hadrianum Card. pag. 74.

¶ Ante, Orat. 217. Proximus à postremo, id est, ante postremum.  
¶ Ulro. 1. de Or. 111. Non ego hæc à me prompti, sed fortuitò  
incidi in hunc sermonem. 2. de Fin. 78. Sed ipsum à se oritur, &  
sua sponte nascitur. inde dicendiones, à se aliquid facere.

¶ Regiones & situs hoc modo significat. 1. de Diu. 3. Bacillum leui-  
ter à summo inflexum. 3. A. 32. Antonius à fronte, à tergo, à la-  
teribus tenetur. 1. de Diu. 11. Iupiter cornicem à lœua, coruum  
à dextra canere iussit. 2. cont. Rull. 65. Ab alea porta Capenas  
ager est. Quint. de pet. 8. Cùm capillum eius à vertice teneretis.  
In Pis. 26. At tu illo ipso tempore apud socrum tuam prope à

A



ducere. 11. A. 27. Brutus equitatum ad se abduxit Dolabella. 10. P. 9. Summumque præsidium ei pollicetur, quod qui ab illo abducit, exercitum pulcherrimum & præsidium firmissimum admittit reipub. 4. Fam. 3. Abducere animum à sollicitudine, id est, remouere. 5. 13. Ita ut mones, quantum potero, me ab omnibus molestiis & angoribus abducam. 1. Tusc. 37. Abducere aliquem à studiis. 4. Fa. 4. & 5. 1. Me nec domesticus dolor nec, &c. à Rep. abducet, pro Quint. 84. Id auferre & abducere. 2. A. 44. Curio interuenit qui te a meretricio quæstu abduxit. de Cl. 222. Quin etiam Catulum filium abduçamus ex acie, id est, à iudiciis. 3. Q. Fr. 5. Abduco me ab omni reip. cura, dedoque literis. 1. de Diuin. 92. Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis autoritate abduceretur ad mercedem & quæstum. Ibid. 35. Nec abducatur, vt rear totam Hetruriam in extis delire. 5. V. 210. Ab illis hominibus, qui tum in rep. verfati sunt, ad hanc hominum licentiam & libidinem me abducis, id est, iniustas & allicis. de Amic. 8. Nec ab isto officio abduci debui. pro Fl. 83. Abducere se à fide. || 10. P. 13. Alterum (puta equitatum) in Macedonia Cn. Domitius adolescens, summa virtute & constantia, ab legato Syriaco abduxit. 2. de Di. 13. Sed animaduertit caute te ab iis rebus quæ sensibus percipiuntur abducere diuinationem. 1. Tusc. 75. Animum à corpore abducere.

† A D V E R B. Cautè, 2. de Diu. 13.

Synt. Aciem mentis, animum, animos, homines abducere à, aliquem ab aliquo, ad se, vi abducere seruum ab, ad se, legiones ab aliquo. A sollicitudine, vitiis, molestiis, aliquem ex acie abducere, abducere se à, & ad aliquid traducere, abduci, non abduci ab officio, se à fide abducere, id est, fidem frangere, abducere equitatum, diuinationem, animum abducere.

A B D V C O R, auocor, arceor, deducor. 6. V. 12. Abducuntur homines & nonnunquam magnitudine pecuniae ab institutis suis. || 5. de Fi. 87. Ut quæ minimè animus à cogitationibus abduceretur. 7. V. 146. Ipsi in latomias abduci imperabat.

A B E O, dico, concedo, faceo. ) (. accedo, appropinquuo, maneo. Eleganter tribuitur hoc verbum rebus motum non significantibus, cùm pro desistere aut desinere usurpatur. 13. A. 48. Quin tu abis in malam pestem malumque cruciatum? 14. Att. 10. Nausea iam planè abiit. 14. Famil. 1. De loco nunc quidem abiit pestilentia. pro Mur. 7. Abiit illud tempus, mutata ratio est. 6. V. 146. Prætor de sella surrexit, atque abiit. pro Q. R. 41. Num quid causæ est, quin ab iudicio abeas turpissimè victus, pro Cecin. 95. Ut ne longius abeam. 14. At. 1. Ad summam non posse isthac sic abire. 1. Tusc. 74. Cato autem sic abiit è vita. 5. Fa. 2. Atque abeuntum, magistratu concionis habendæ potestate priuanit. 1. At. 13. Quacum abiens consulatu sum domum reductus. || 5. Ver. 147. Ne res abiret ab Apronio. 10. Fa. 32. Abiit nunc, populi fidem implora. 2. de Nat. 12. Tum abeunt, tum recedunt stellæ. 4. de Fi. 7. Idem abeunt qui venerant.

¶ Euaneo, accedo. 1. Tusc. 32. Abiit ad deos Hercules. 7. Famil. 19. Non longè abieris num ius ciuale vestrum? &c. 5. de Fin. 117. Et si hoc fortasse non poterit sic abire cùm adsit, tamen audebo. 9. Fam. 20. Illa mea quæ solebas antea laudare, ô hominem facilem, ô hospitem non grauem, abierunt, id est, euanuerunt. 3. Off. 84. Nunc abeo ad vulgi opinionem. id est, accedo. 3. V. 114. De suis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. pro S.R. 46. Quid ad istas ineptias abis, inquies. || pro Sex. 71. Abiit ille annus, respiratione homines videbantur.

† A D V E R B. Longè, 9. Fam. Longiūs, pro Cec. parumper, de Clar. Pla- nè, sic. 14. Att.

Synt. Abire in malâ pestem, morbus abiit, ab iudicio abire, abeo ad, abire & non abire ab iure, non sic magistratu abire, pronuntiat Cicer. hoc verbum de morbo, de actione, de persona, abire, de, è loco.

A B E R R A T I O, auocatio. 12. At. 37. Siue hanc aberrationem à dolore delegerim, laudari me etiam oportere. 15. Fa. 18. Verumtamen aliam aberrationem à molestiis nullam habemus.

† A D I V N C T. Liberalissima, doctoque homine dignissima, At. 12.

Syntaxis. Aberratio à dolore, diligere, & habere aberrationem à molestiis.

A B E R R O, deerro, recedo. 4. Acad. 140. Hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ, à qua qui aberrauiſet, eum nunquam quid in vita sequatur habiturum. 5. Tusc. 6. 5. Sed redeat unde aberrauit oratio. 3. Tusc. 80. Sed nescio quo pacto

ab eo quod propositum erat, aberrauit oratio. || pro Cec. 55. Ne ab eo quod præpositum est, longius aberret oratio. 2. de Orat. 152. A quo homine iam dudum non aberrat oratio tua. 1. Off. 135. Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. 2. de Or. 160. A cuius inuentis ego tibi video non longè aberrare. de Aruf. 23. Si q̄dilis verbo, aut si nupti aberrauit, non sunt ludi ritè facti. 1. Tusc. 81. Sed te de aternitate dicentem aberrare proposito facile patiebar. 5. de Fin. 83. Tamen à proposito, inquam, aberrauius. 14. At. 25. Vereor ne nihil coniectura aberrem. pro Lig. 19. Partim consiliis, partim studiis à communi vtilitate aberrantibus. Qu. de Pet. 38. Aberrare à distributione. 4. de Fin. 40. Non multum ab Herilli leuitate aberrabimus. 7. A. 1.

Animus aberrat à sententia, suspensus curis maioribus. 12. P. 23. Attendite, quæſo, non aberret à coniectura suspicio periculi mei. 1. de Nat. 101. Qui etiam si aberrant à coniectura. vt cunque animum à molestiis abduco. 12. At. 37. At ego h̄c scribendo dies toros, nihil equidem leuor, sed tamen aberro.

† A D V E R B. Longè, 2. de Orat. Iam dudum, Ibid. Partim, pro Lig. Longiūs, pro Cec. 55. & 5. de Fin. Multū, 4. de Fin.

Synt. Ab illo non aberrare orationem, est continentē de aliquo loqui, aberrare ad aliqua, verbo, & nutu aberrare, aberrare absoluē, id est, vt cunque minus afficit. De hoc aberrare proposito, coniectura.

‡ A B F E R. Orat. 158. Abfer noluerunt, aufer maluerunt.

A B H I N C, ex hac die vel tempore, reficit præterit. || Vim huius par-

ticula ignorant, qui futuro tempori attribuunt, semperque cum ablative iungunt, cùm aurea Ciceronis etas semper hac voce tempus præteritum note, & quādoque accusativo, quandoque ablative coniungat, sic enim Cicero 2. Phil. 119. Etiamsi abhinc annos propè x. hoc ipso in templo negauit posse mortem immaturam esse consulari. || 3. Ver. 33. Questor Cn. Papirio consule fuisti abhinc quatuordecim annos. 4. V. 25. Horum pater abhinc duos & viginti annos est mortuus. 2. At. 18. Abhinc annis xxv. pro Cornificio spondi. pro Quint. 37. Quo tempore ab hinc annis xxv. In Pif. 6. 1. Mihi libertus domum ex hac die biduo ante conduxerat. 4. V. 130. Offendit eum mensē comitiale, comitiis iam abhinc triginta diebus habitis.

Syntaxis. Abhinc annis & annos amplius & sine ampliis, cùm septimo casu.

A B H O R R E N S, alienus, inimicus, aduersus. ) (. amans, cupidus, studiosus. 7. Att. 13. Delectus quidem adhuc inqitorum est, & à pugnando abhorrentium. pro Flac. 9. Nam si quis vnquam de nostris hominibus ab hoc genere, studio ac voluntate abhorrens fuit. 1. de Or. 179. Homo à iuris studio non abhorrens. 3. 63. Abhorrens ab auribus vulgi. 13. Fa. 12. Est præterea Suffidius, quod apud te valer plurimum à studiis nostris non abhorrens. || 2. Off. 63. A litibus abhorrens. Parad. 1. Locos graues ex Philoſophia tractare, abhorrentes ab vsu forensi & publico.

A B H O R R E O, Aspernor, fugio, religione habeo, disrepo, sum alienus, absum, longè absum à voluntate aliquid agendi. pro Sest. 71. Et pertinere ad concordiam ciuium putauit, & ad perficiendi facultatem, animum Cesaris à causa non abhorrente. Ibid. 112. Cū ipse lator nihil ab horum turpitudine, audacia, sordibus abhorret. 1. de Orat. 83. Sed hæc erat spinosa quædam & exilis oratio, longè à nostris sensibus abhorrebat. 2. Fa. 17. Quād valde Bibuli voluntas à me sine causa abhorrebat. || 7. 3. Cū ab ea sententia Pompeius valde abhorret. 1. 9. Libri de oratore abhorrent à communibus praceptis. 2. 17. Quād abhorrens ab vrbe relinquenda. 2. de Orator. 85. Sin planè abhorrebit & erit absurdus, vt se contineat admonebo. 1. 12. Abhorrente à consuetudine communis sensus. ibidem 224. || Vlque eò quæ dicens de Iustitia putabat, à vīte consuetudine & ciuitatum moribus abhorrebant. pro Clu. 41. Nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone dignum iudicabat, omnes illum aspernabantur atque abhorrebant, omnes vt aliquam immanem & perniciuos bestiam pestemque fugiebant. 167. Quid vnquam Auitus in se admisit, vt hoc tantum facinus ab eo non abhorrente videbatur? pro Cæl. 10. Cælius longè ab ista suspitione abhorrente debet. 14. Attic. 13. Quis tamen à ducenda vxore abhorret. de Fat. 8. Alij à talibus viris abhorrent. de Opt. 20. Causa quidem abhorret ab illa ipsa formula consuetudinis nostra. pro S.R. 68. Tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab infanis. pro Clu. 27. Seque ab his nuptiis abhorrente respondit. 2. de Diuin. 125. Quod abhorret etiam ab hominis constantia. 7. A. 4. Animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu. Oct. ep. Nisi forte fruſtræ deos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret. Hæc tamen epistola Ciceroni falsò trahitur. 1. Off. 128. Et ab omni quod abhorret ab ipsa oculorum auriumque comprobatione fugiamus. pro Sest. 96. Nec ab vilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa. P. Sextij abhorrebit oratio mea. pro Deiot. 17. Id etiā à veritate longè, tamen à consuetudine criminandi non multum abhorreat. 4. V. 10. A quo mea longissimè ratio voluntasque abhorreat. 2. At. 6. A scribendo prorsus abhorret animus. 1. Ac. 4. Sin à Græcorum artibus, & disciplinis abhorrent.

† A D V E R B. Longè, in Pif. A sensibus, 1. de Ora. A suspitione, pro Clu. Longè à veritate, multum à consuetudine, pro Deiot. Longissimè, 4. Ver. Planè, 2. de Or. plurimum, 4. Ac. Pro rorsus à scribendo, 2. Att. Valde, 3. de Or. A sententia, 7. Fa. Valde voluntate ab aliquo, 2. Fam.

Syntaxis. Abhorrente à legendo, nuptiis, ab aliquo, Virtio, & vitium, abhorrente absoluē, à suspitione, à ratione, ab illo facinus hoc abhorret, animo abhorrente, studio & voluntate abhorrens.

A B I E C T I O, Vt patet. 3. A. 28. Nec abiecte, nec sine aliqua dignitate easum illum temporum tuli. 2. Tusc. 55. Ne quid abiecte, ne quid timidè, ne quid ignavè, ne quid seruile muliebriterne faciamus.

A B I E C T I O, reiectio, electio. ) (. adiectio. 1. ad Her. 10. Abiectio,

literarum mutatio. In Pif. 88. Debilitatio atque abiectione animi.  
**A B I E C T U S**, demissus, humilis, contemptus, summissus, afflictus, fractus, perclusus, desertus. || 3. cont. Rull. 2. Parvum exigui temporis usuram bene de me opinionis postulo, ut eam, si quæ dixeris vobis probabo, perpetuo retineatis, si aliter, hoc ipso in loco depositam atque abiectam relinquatis. pro Sest. 74. Ad pedes abiectus. 9. At. 9. Tam abiectam compositionis spem. 4. Fa. 13. Pari fortuna abiectus. pro Planc. 100. Abiecta quæstoria persona comitissimæ sumptu. 7. V. 139. Ad Tribunal ante pedes tuos, ad terram virginis & verberibus abiectus. 3. Tusc. 26. Tam fractus, tamque abiectus. || Pro Clu. 94. Non quod illi causam pecuniae publicæ contemptam & abiectam putarent. 1. At. 13. Se natum ad pristinam suam seueritatem reuocauit, atq; abiectam excitaui. 3. de Fin. 66. Cum ipsi inter nos abiecti negleci; sumus. 5. 57. Nihil abiectum, nihil humile cogitant. de Clar. 233. Verba non abiecta, res composta diligenter. 4. C. 3. Exam inata vxor, abiecta metu filia. pro Cæl. 79. Hic abiectus non tam ad pedes, quam ad mores sensusque nostros. de Amic. 59. Sæpe in quibusdam est animus abiector, & spes amplificandæ fortunæ fractior. 3. At. 2. Sum enim animo perculso atque abiecto. Or. 192. Oratio humili, abiecta. || Alta atque exaggerata. 2. cont. Rul. 93. Homo grandi macie torridus, contemptus & abiectus. 1. Fam. 5. Desertus & abiectus. 2. Off. 114. Summissus & abiectus. || se efferens. In Pif. 31. Abiectus & semiuiuuus. Orat. 184. Comicorum senarij abiecti.

**T A D V E R B.** Omnidem, 5. Ver. Planæ, 1. Fam. Tam, pro Cæl. & 3. Tusc.

**Syntaxis.** Contemptus & abiectus, inter nos abiecti negleci; abiectum & humile cogitare, abiecta verba, ad pedes moresq; & sensus abiectus, animus abiector, idem perculsus & abiectus, humilis & abiecta oratio, desertus & abiectus, abiectus & semiuiuuus, abiecti Senarij.

**A B I E G N U S**, ex abiete. 2. ad Her. 34. Abiegnæ trabes. Top. 61. Ni si enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset.

**A B I E S**, Alpina & procerior arbor. 3. Tusc. 44. Tost alti stant parietes deformati, atque abiete crispa. Poëta.

**T A D I V N G R.** Crispa, 3. Tusc.

**A B I G E N D U S**. 3. V. 28. Iste greges equarum abigendos curat.

**A B I G O**, pello, expello, ejicio. 2. de Orat. 247. Puer abige muscas. pro Clu. 32. Mulier partum sibi ipsa medicamentis abegisset. In Pif. 84. Illi familiæ arripuerunt, pecus abegerunt. 4. Acad. 89. Pe stem abige à me. || 1. Tusc. 104. Bacillum prope me quo abigam ponitote.

**Syntaxis.** Abigere muscas, partum medicamentis, pecus, pestem, absolutè abigere.

**A B I I C I E N D U S**. 5. Fa. 13. Abiiciendus dolor.

**A B I I C I O**, depono, reijcio, relinquo: cum defiectum vel defferationem significarent, hoc verbo utebantur Romani. pro Sext. 58.

Atque insigne regium, quod de suo capite abiecerat, reposuit. || 13. Famil. 1. Quod te abiecisse illam ædificationem constabat inter omnes amicos tuos. 16. Attic. 28. Abiecte scutum.

9. Famil. 24. Abiecisse curam Reip. 6. Attic. 1. Sed noli me putare, iyyæ iyyæ illa tua abiecisse. 2. C. 14. Consilium belli faciendi abiecerit. 8. Ant. 32. Beneficiorum memoriam abiecerit 1. Ant. 30. Significauerunt se nouo beneficio memoriam veteris doloris abiecisse. 7. Attic. 3. Non dubitabo rem tantam abiecre. 13. Famil. 15. Omisi ea quæ in manibus habebam, abieci. 4. Famil. 7. Cum spe vincendi simul, abieciisti etiam certandi cupiditatem. 8. 11. Cæteras suas abiecit actiones. ibidem 6. Triumphi postulationem abiecerat. 13. Attic. 31. Obsecro abiiciamus ista & semiliberi saltem simus. 10. 7. Arma Pompeium abiectorum putas. 3. 19. Vitam vel sustentabo, vel, quod multò est melius, abieccero. Pro Lig. 16. Suam citius abiiciet humanitatem, quam extorquebit tuam. 3. Tusc. 27. Aegritudinem nisi sic exuimus ut abiiciamus, miseria carere non possumus. & 66. Ergo in potestate est abiecre dolore tempori seruientem. de Prouinc. 6. Virgines se in puteos abiecerunt. 5. de Finib. 92. Pollicites annulum quo delectabatur in mare abiecit. pro Sext. Rosc. 10. Id quod semel mihi fide impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter imbecillitatem animi deponere. 1. Offic. 102. Relinquent enim & abiiciunt obedientiam 2. de Orat. 2. 10. Gloria parta non delectari, sed totam abiicere atque deponere. pro Sest. 79. Hic se abiecit exanimatus. Par. 1. Abiicere se & prosternere. 4. Attic. 2. Clodius abiecta toga se ad generi pedes abiecit.

¶ Deijcio, refello, vel refuso. 1. de Leg. 26. Natura cum cæteras animalientes abiicisset ad pastum, solum hominem erexit. 16. Att. 5.

Quæ minùs antea ob infirmitatem ætatis constanter ab eo fieri videbantur, ea ille abiecit. de Am. 31. Qui omnes suas cogitationes abiicerunt in rem tam humilem, tamq; contemptu.

11. Fa. 21. Abiicere omnem timorem. pro Mur. 45. Abiicere hastas. 1. Off. 72. Abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus sunt. 2. A. 77. Omnem se amorem abiecisse illinc, atq; in hanc transfigurasse. 10. Fa. 12. Quantaque contentione Titium inter-

cessorem abiecerunt, ex aliorum te literis malo cognoscere. 2. de Or. 132. Abiicere voluntatem discendi simul cum spe perdendi. 5. At. 11. Memmius ædificandi consilium abiecerat. 9. Fa. 20. Nam omnem nostram de Rep. curam, cogitationem de dicens sententia, commentationem caularum abiécimus.

**T A D V E R B.** Citiùs, pro Lig. Libenter ad pedes, 8. Attic. Libenter ad triumphum, 9. Attic. Negligenter, 4. Ver. Proflusus, 3. de Orat.

A R C V L A, parva arca, capsula. 2. Offic. 25. Dionysius præmittebat de stipulatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres. 2. Attic. 1. Meus liber totum Isocratis μεγονιον, & omne eius discipulorum arculas consumpsit.

† A D I V N C. Muliebres, 2. Offic.

A R C V S, iaculandi instrumentum. de Sen. 37. Appius animum intentum tanquam arcum habebat. pro Seft. 15. Fuerit ille ani- mus, &c. tanquam intentus arcus in me vnum.

¶ Iris. 3. de N. 51. Cur arcus species non in deorum numero re- ponitur est enim pulchra, & ob eā cauſam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. Ibid. Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus.

† A D I V N C A. Pulcher, 3. de Nat.

¶ Syntaxis. Intentus arcus. Effectus ex nubibus arcus quodammodo coloratus.

A R D E A S, ab Ardea urbe. 3. de Nat. 47. In agro Ardeati.

A R D E N S, inflammatus, flagrans, vexatus, incitatus, percitus: omnia per translationem. 14. Attic. 10. Matri ardentes in eum literas ad me misit. Orat. 132. Nisi ardens ad eum perueniret oratio.

4. A. 4. Antonius ardens odio vestri. 3. de Orat. 129. Graci ardētes his studiis pro S.R. 88. Qui ardēs avaritia fertur, &c. 2. Q. F. 14. Ardēti studio facere aliquid. 2. A. 45. Amore ardēs, &c. 4. II. Ardens,

Ardens & erectus ad libertatem recuperandam. 2. de Leg. 43. Vidi mus eos ardentem tum cupiditate, tum metu, tum conscientia. 2. de Fin. 6. Mortem ardentiore studio petet.

**ARDENTER**, vehementer, intensiss., maiorem in modum cupere aliquip. 4. Tusc. 39. & 5. 16.

**ARDEO**, a gro conflagro. de flagro. 1. de D. 11. Caput arfisse Seriuo Tullio dormienti, quæ historia non prodidit: pro Dom. 6. 2. Domus ardebat in palatio, non fortuitò, sed oblatio incendio.

¶ Transl. tione. vexor, agor, angor. 1. At. 19. His ardor dolore & ira noster Pompeius. 2. de Orat. 188. Tu mihi non solūm ificendere iudices, sed ipse ardere videris. 7. V. 60. Cū spumas ageret in ore, arderent oculi. 6. At. 5. Cū arderet Syria bello. 4. Fam. 1. Orbem terrarum distributis imperiis ardere bello. Orat. 34. Vna Gallia communis non ardet incendio. 4. V. 16. Verres ardebat amore illius hospitæ pro Cæl. 37. Nunc enim mihi animus ardet, & meum cor cumulatur ira. I.P. 5. Arde cupiditate alicuius rei. 16. Att. 13. Ardeo studio historiæ. Q.Fr. 2. Nostra antiqua manus bonorum ardet, & studio nostri atq; amo- re. 2. 14. Res arderet inuidia. 9. At. 4. Non angor, sed ardeo dolore. pro Milo. 40. Omnia tum in illum odia ciuium ardebat desiderio mei. 4. Tusc. 37. Nec scienter quid appetens ardeat deside- rio. 5. de Fin. 9. 4. Is cū arderet podagra doloribus, Mane quæso, inquit, &c.

† A D V E R B . Acerimè, pro Syll.

¶ Syntaxis. Ardentes litera, oratio. Ardere odio, studio, auaritia, amore. Ardes & errectus ad libertatem. Ardere metu, cupiditate, ira, dolore, conscientia. Caput ardet puer: id est, aduritur sine noxa. Obla- zo incendio, non fortuitò domus ardet. Oculi ardent illi. Gallia bello ardet. Ardet mihi animus, & cor ira cumulatur. Res ardet inuidia. Non angor, sed ardeo dolore. Omnia bonorum odia in te ardent. Ardere podagra doloribus:

**ARDOR**, incendium, flagrantia, effus. de Som. 15. Solis ardore terri. de Fat. 34. Ignis est caufa ardoris. 1. de D. 4. Si autem rubrum confictu ardor expressus se emiserit, id esse fulinen. de Senect. 53. Vua vestita pampinis, nimios solis defendit ardores. 3. C. 18. Omitto vias iam nocturno tempore faces ardore-rémque ecclii, fulminum iactus, &c. Anteq. 1. Ne omnes ardore flammæ conflagaretis, mei capitatis periculo non dubitaui pro- uidere.

¶ Calum stellarum. 2. de Nat. 41. Astra, quæ oriuntur in ardore ec- lesti, qui æther, vel calum nominatur.

¶ Fulger splend. 1. de Diu. 18. Concursum grauis stellarum ar- dore micantis. pro Cor. 9. Ille Imperatorius ardor oculorum. 1. de Diu. 80. In Esope saepe vidi tantum ardorem vultuum atque motuum, vt, &c.

¶ Venementia, vix inveniens pro Cæl. 76. Imperus animi, cupiditas vincendi, ardor mētis ad gloriam. Orat. 108. Nec verò hic vnu erat ardor in nobis, vt hoc modo omnia diceremus. ad Br. 7. Re- pressi impetum, ardorémque restinxii. 1. de Fin. 43. Omnim cu- piditatum ardore restincto. de Cl. 93. Ardor animi confudit. 1. de Orat. 134 & 1. Offic. 47. Studium & ardor quidam amoris, si- ne quo, &c.

† A D I V N C T A . Acerimus & nobilissimus, integer & purus, 2. de Nat. Clarus, tenuis & nulla mixtione concretus, 1. de Diu. Cælestis, vil- timus & clarissimus, atque vndique circumfusus, & extremus, omnia cingens, & complexus, 1. de Nat. Imperatorius, pro Cornel. Nimij, de Senect. Summus, 4. Tusc. Temperatus, 1. Tusc.

¶ Syntaxis. Defendere solis ardores: id est, arcere. Flamma ardor Cælestis ardor aether. Imperatorius oculorum ardor. Ardor in illo vul- tuum ac motuum. Ardor mentis ad gloriam. Restinguere ardorem cu- piditatum. Confidit ardor animi. Studium, & ardor amoris.

**ARDUUS**, asperu acclivi, & aspero, propriæ, ac germana porestate. 6. V. 51. Oppidum difficili ascensi atque arduo.

¶ Transl. difficile. 1. de Legib. 38. Ardua secatam secuti sunt. 2. Orat. 33. Magnum opus omnino & arduum, Brute, conamur: sed nihil difficile amanti puto. 1. de Inu. 16. Hoc longi temporis, & magna arduæ cogitationis indiget. 2. de In. 163. Res ardua & difficilis.

¶ Epithetum. Oppidum ascensu arduo. Magnum & arduum opus. Hoc magna ardua, indiget cogitationis. Arduum & difficile.

**AREA**, locus sine aedificio in urbe: in rure, ager, & ubi frumenta excutuntur. 4. At. 1. Pontifices si religionem sustulerint, aream pulchrâ habebimus. Par. 7. Aestimatores prata & areas quasdam magni aestimant, &c. 5. V. 10. Ut neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis arator posset fraudare Decumanum. 2. Q. Fr. 5. A pueru tuo vt discessi, in aream tuam veni. 5. V. 36. Exoritur edictum ne quis frumentum de area tolleret. 9. Fam. 20. Nos iam ex areis tantum habemus, vt Valerium tuum vo- care sèpius audeamus. 9. Attic. 21. Area scelerum: id est, copia Lamb. eros, legit.

† A D I V N C T A . Praelata, 4. Attic.

¶ Syntaxis. Ex area tollere frumentum. celerum area, i. copia

**ARENA**, 2. con. Rull. 70. Arenam aliquam aut paludes emere.

**ARENARIÆ**, arene fodina. pro Clu. 37. Arenariæ quædam extra- portam Exquelinam.

**AREOPAGITES**, Areopagita senatores erant Athenis, & iudices cau/arum capitalium. 5. A. 14. Si Lysades citatus iudex non responderit, excuseturque Areopagites esse, &c. Offic. 75. Solo- nis cōsiliū, quo primum constituit Areopagitas. pro Cor. 30. Vidi nonnullos nostros ciues in numero iudicū atque Areo- pagitarum, certa tribu, certo numero. 3. Fam. 1. Decretum illud Areopagitum, quem i ποιηνηγραπτον illi vocant. 1. Att. 14. Ex quo intellectum est, tres αρεοπαγίτες totam Rempubli- cam flocci non facere. 1. 11. Non enim dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis inuito Memmio impetrari non posset. 1. 13. Praeclarī Areopagitz.

† A D I V N C T A . Praelata, i. Attic.

**AREOPAGVS**, Maris vicus Athenis, ubi curia & forum Areopagitarum. 2. de N. 74. Atheniensium Remp. regi consilio Areopagi. de D. 4. Sophocles ascendit in Areopagum, detulit rem. 1. Offic. 7. Et Themistocles quidē nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuererit. 1. At. 11. Pator mecum egit, vt peterem à ve- stro Areopago, τὸν ἀνελέπον tollerent, quem Polycharmo prætor fecerant. 1. 11. Senatus τοιοντος τοιοντος.

**ARESCO**, viriditatem amuto. Partit. 57. Citò arescit lacryma, presertim in alienis malis. 2. ad Her. 50. Commiserationem breuem esse oportet, nihil enim lacryma citius arescit. 1. de Inu. 110. Oeon. 3. Nullo modo facilius arbitror posse neque herbas arescere & interfici, neque, &c.

**ARETINI**, Arety ciues. pro Cec. 97.

**ARETIVM**, urbs in Hetruscis. 16. Fam. 12. de Diu. 77.

**ARGENTARIA**, argenteriorum munus pro Cec. 0. M. Fulcinius qui Romæ argentariam non ignobilem fecit. 7. V. 164. Qui argenteriam Rhegij maximam fecit. Ibid. 154. Herennius quem ille argentariam Lepti fecisse dicit pro Ceci. 11. Argentariam dissoluere.

† A D I V N C T A . Dissoluta, non ignobilis, pro Cæl. Maxima, 7. Verr.

¶ Syntaxis. Argentariam facere, atque dissoluere.

**ARGENTARIVS**, qui argentariam facit, trap. 7. Ita pro Cec. 17. Cuius rei putat iste rationem reddi nō posse, quod ipse tabulas auctoriter se autem habere argentarij tabulas, in quibus sibi ex- pensa pecunia lata sit, acceptaque relata, &c. ad Her. 19. Quod argentario obtuleris expensum, à socio eius recte repeterere pos- sis. Octau. Augusti aius fuit argentarius, ad stipulator pater.

† A D I V N C T A . Gratosus apud omnes homines. 3. Offic.

**ARGENTEVM** flumen. 1. Fam. 34.

**ARGENTEVS**, de Pro. 1. Ita gentes hæ, vt pace vterentur, vim argenteam dederunt præclaro Imperatori nostro. 1. C. 14. Aquila argentea.

**ARGENTVM**, pecunia ipsummet metallum, argentea vasæ I. P. 6.

¶ Argentum || οἴχελαι. pro S.R. 15. Argentū cælatū. 6. V. 13. Quum essent triclinia strata, argentimque expositum in ædib. Topic. 13. Quoniam argentum omne mulieri legatum est, non potest ei pecunia, quæ numerata domi relata est, non esse legata. 5. Tus. 62. Argentum plenum artis. 13. Fa. 19. Argentum signare- tur. 4. At. 1. Argenti scrupulū vllū esse in illa insula. 7. V. 62. Erat ea nauis plena iuuentutis formosissimæ, plena argenti facti at- que signati, multa cum stragula veste.

† A D I V N C T A . Expositum grande, purum, tam præclarum, tam nobile, 6. Verr. Optimum, 4. Verr. Plenum artis, 5. Tusc.

¶ Syntaxis. Argentum calatum. Argentum expositum: id est, argen- tea vasa. Argentum artis plenum. Argentum signare. Argenti scrupulus hic non est. Argentum factum, atque signatum.

**ARGILETANVS**. 1. Attic. 11.

**ARGILETVM**, oppidum 12. Attic.

**ARGILLA**, terra rapax. I.P. 19. Hic homulus ex argilla & luto factus.

**ARGINVAE**, insule. 1. Offic. 84.

**ARGIVVS**, Græcus. de Cl. 50. Argivus orator. 1. de Nat. 83. & 1. Tus. 45. Argivui delecti viri.

**ARGO**, nauis Argonautarum in Arat.

Si conuerx' a vetus super alhera vertitur Argo.

1. Tus. 4. Nauis, quæ nunc nominatur nomine Argo, qua vexti Argivui delecti viri, perebant illam pellent inaurata arietis, &c.

† A D I V N C T A . Vetus, in Arat.

**ARGOLICVS**. in Arat. Argolica nauis. 1. de D. 63.

**ARGONAVTA**, 1. de Orat. 74. Nauis Argonautarum. 2. de N.

89. Argonautis & nauis eorum.

Apylos λόγοι. Lege. I G N A V V S.

**ARGUMENTANDO**, ARGUMENTANDVM. 1. de Fin. 33.

Sed & argumentandum, & accurate differendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum. 3. de Natur. 10. Rem minimè dubiam argumentando dubiam facis.

**ARGUMENTATIO**, ratio, argumentum, iuuenti artificia & expe- rientia. Par. 45. Argumentationem querere videris, quæ est argu- menti explicatio. 1. de Inu. 74. Argumentatio nomine uno res duas significat, idèò quod & iuuentum aliquam in rem proba- bile aut necessarium, argumentatio vocatur, & eius iuuenti ar-

tificiosa expolitio. 2. de Orat. 152. Loci ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inuenitur. 1. de Inu. 44. Argumentum est inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessario demonstrans. pro S.R. 97. Etiam in tam perspicuis rebus argumentatio querenda, aut conjectura capienda est. de Fin. 9. Peripatetici multa non modo probabili argumentatione, sed etiam necessaria Mathematicorum ratione concluserunt. 2. ad Her. 2. Argumentationes, quas Graci in *inveniencia* appellant. 1. de Inu. 54. Si extreum concedetur, concludenda est argumentatio.

**A D I V N C.** Aptissima ad iudicationem, bipartita, contraria, firma, firmior, firmissima, longa, necessaria, probabilis, 1. de Inu. Expers artis, 2. de Fin. Top. Multa, 2. de Inu. Accommodata ad aliquid, vehementis, in Part.

**Syntaxis.** Argumentatio est argumenti explicatio. Argumentatio vel probabiliter ostendit, vel necessario demonstrat. Argumentatione concludere.

**A R G U M E N T O R.** argumentis ostendo, probo, argumentatis vel conjecturatis prosequor. 2. de Nat. 9. Neque ego in causis, si quid est evidens, argumentari soleo. 4. V. 19. Quid porro argumenter, quae de re dubitare nemo possit. pro Cl. 64. Atque ego illa non argumentabor, que sunt grauia vehementer, eum corrupisse, qui, &c. pro Dom. 22. Cum etiam es argumentatus amoris hoc esse signum, cum nominib. tantum vteretur, neque scriberet Proconsul Tribun. plebis. de Cl. 276. Cum essem argumentatus quantum res ferebat, hoc ipsum etiam posui pro argumento, quod ille cum indicia mortis sua se comperire manifesto diceret, tam solute egisset, tam leniter, &c. 2. de Inu. 128. Argumentari de voluntate alicuius, id est, argumentis vel argumentando ostendere. 3. At. 12. Tu quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum. 3. V. 150. Nonne argumentamur quo ista pecunia peruerterit. 2. ad Her. 1. Et præterea si ceteri falli soleant esse, argumentabimur hunc esse verū. pro Mil. 45. Sed quid ego argumentor? quid plura dispuo. 4. ad Her. 47. Quare si teste, præterquam quid sciat, aut audierit, argumentari & conjectura prosequi patieris, ius accusatoris cum iure testimonij commiscebis.

**A D V E R B.** Sedulō, 3. Attic.

**Syntaxis.** In hoc argumentor. Hoc argumentor. Argumentor quantum opus est. Argumentor de hoc. Argumentor quid sit sperandum. Nonne argumentamur quo ista pecunia peruerterit? Quid argumentor? quid plura dispuo?

**A R G U M E N T U M, ratio.** Topic. 8. Argumentum est ratio rei dubiae faciens fidem. Part. 5. Argumentum est probabile inuentum ad faciendam fidem. 4. Ac. 26. Argumenti conclusio, que est Grece *λογικη*, ita definitur, ratio qua ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit. 3. de N. 9. Multis & grauibus argumentis deos esse doces. Ibid. 10. Affers omnia argumenta, cur dij sint. 1. Tusc. 88. Hoc premendum etiam, atque etiam est argumentum. 3. 13. Stoici qui breuiter astringere solent argumenta. 1. de Orat. 88. Ea Menedemus exemplis magis, quam argumentis conabatur refellere. 2. de Diu. 27. Argumentis & rationibus oportet, quare quidque ita sit docere, non eventis. 2. de Or. 167. Ex coniunctis argumenta dicere. de Cl. 271. Exco-gitarare argumenta firma ad probandum. 2. de Ora. 160. Ars qua in excogitandis argumentis nimium muta. Par. 1. Dilatare argumentum. \* Top. 35. Cun vi nominis argumentum elicetur. pro C. Cor. 1. Quid ego nunc argumentis tibi respondeam, posse fieri vt.

**Signum, nota, iudicium, causa, occasio, conjectura** pro R. P. 35. Omnia ab his nummorum argumenta nota sunt. 2. de Leg. 11. Argumentis docere aliquid. 1. Acad. 3. 2. Post argumentis & quasi rerū notis vtebātur ad probādum. pro Cæl. 22. Argumentis agemus, & signis omni luce clarioribus criminis refellemus pro Q.R. 36. Est hoc primum, & ex conditione iuris, & ex consuetudine cautionis grauissimum & firmissimum argumentum. pro Cæl. 8. Quis non possit isti ætati quā velit petulanter etiam, si sine villa suspicione, at non sine argumento maledicere. 2. A. 40. Quod autem, &c. id magno argumento sit, me vtroque fuisse moderatum. 1. de Diuin. 119. Quod ne dubitare possumus, maximo est argumento, quod nuper contigit, &c. pro S. R. 73. Hoc mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse. 1. Offic. 153. Idque hoc argumento confirmari potest, quod, &c. pro Cæl. 68. Scire velim quid habeat argumenti ista manumissio. 3. C. 13. Certissima argumenta atque indicia sceleris. 2. de Orat. 214. Argumentum simulatque positum est arripit. Ibidem. Argumentum ratio ipsa confirmat, &c. pro Quint. 41. Satis est argumenti, nihil esse debitum Naevio. 2. Offic. 83. Tabula vero nouæ quid habent argumenti? nisi vt tu fundum habeas, ego non habeam pecuniam. 2. V. 17. Quæ res pertenui nobis argumento iudicioque patesfacta est. 4. 18. Atque vt intelligatis, &c. certissimum accipite argumentum. 7. 47. Si argumento est Mamertinos dedisse, &c. quia sit argumento gratis constare nati, quia, &c. 3. Fa. 4. Quod egomet multis iam argumentis anteā iudicaram.

**Emblema. 6. V. 144.** Ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valuis.

**Poëmatica materia, vel fabula in comœdia, vel tragœdia.** 1. de Inu. 27. Argumentum est facta res, quæ tamen fieri potuit. 1. de N. 53. Tragici poëtae cùm explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad deos.

**Quæcumque res, de qua agendum, subiecta materia tractanda.** 5. Fam. 12. Si uno in arguento vnaqua in persona mens tota versabitur. 1. Att. 16. Nullam à me epistolam ad te sìno absque arguento ac sententiā venire. 10. Att. 15. Seruus mihi dabit arguento ad tē epistolæ. 16. Fam. 22. Scribis ad me ut mihi nascatur epistolæ argumentum. 9. Attic. 6. Argumentum ad scribendum mihi iam deest. Ibid. 12. Hoc nescio quid nullo arguento proposito scribere institui. 13. 27. Quid enim aliud arguento epistole nostræ nisi collatio fuit? 15. 4. At inquires, *παραστάσιον* aliquod: non recuso id quidem, sed & componentum argumentum est, & scribendi expectandum tempus matutinus. 2. Diu. 1. 2. 3. 4. 5. Librorum Ciceronis argumenta. 2. Q. Fr. 10. Nam res ipsa, 2. is dies quo tu es prosecutus, nihil mihi ad scribendum argumenti sancē dabat. Ibid. Nec tamen habuimus scribendi nunc quidem villum argumentum, nisi tuas acceptissem. 9. Att. 2. Egeo arguento epistoliarum. de Af. 8. Cuius cōcionis primum vniuersū argumentū sententiāq. audite.

**A D I V N C T A.** Accusatorium, certum, pro S. R. Aptū & parata singulis causerum generibus, multa & firma ad probandum, de Clat. Certa, certissima, 4. & 7. Ver. Clara, pro Mil. Clariora luce, innumerabilis, pro Cæl. Conflimila, grauioribus expedita, exquisita, firmissima, grauiora, leuissima, utilia, firma, 2. de Orat. Communē, 1. de Nat. Exquisita, 1. de Diuin. Faltum, insta, assumpta, propria, singula, de Partit. Firmiora maxima, proprium, 1. de Inuent. Graue, 3. de Nat. Grauissimum & firmissimum, pro Q. R. Magnum, de Senect. Maius, 2. Tusc. Maximum, 1. Offic. Media, simile, Orat. Medio-cré, pertinente, 5. Ver. Molestum, & difficile, 1. de Orat. Multa, 9. Fam. Multum, præclarum, & nobile, 6. Ver. Paruum, 2. cont. Rul. Plurima & certissima, 4. de Fin. Vniuersum, pro Dom.

**Syntaxis.** Argumentum est ratio. Argumenti conclusio est ratio. Argumentum affer, cur. Astringere argumenta. Non argumentis, verū exemplis. Argumentis & rationibus, non eventis. Firmum ad probandum argumentum. Dilatare argumentum. Argumenta, & quasi rerum nota. Argumenta, & signa. Non sine arguento male dicis. Hoc est magno arguento, ut, &c. vel, me fore, &c. Hoc magno est arguento ad impietatem noscēdam. Quid istud habet argumenti? Argumentum at q. indicium. Argumentum ratio confirmat. Argumenta in valuis. Sine arguento ac sententiā epistola. Mihi nascatur epistola argumentū. Nullo proposito arguento scribis. Cōponere argumentum.

**A R G V E N D V S, confirmandas, probandas, demonstrandas.** 2. ad Her. 40. Hoc tametsi rei arguendæ causa potest sine malitia, dici, tamen, &c.

**A R G V O, accuso, insimulo, incuso.** pro S.R. 82. De quib. cùm verbo arguit, verbo fatis est negare. Ibid. 120. Seruos ipsoſ neq; arguo, neque purgo. pro Rab. 26. Annon intelligis, quales viros mortuos summi sceleris arguaſ: pro Cæl. 1. Arguere aliquem alicuius facinoris. 7. V. 45. Nūc non modò te hoc crimine nō arguo, sed ne illa quidem cōmuni vituperatione reprehendo. 2. de Fin. 44. Quos nisi arguimus, vera laus deferenda est. 1. 2. 4. Is filium, Macedonum legatis accusantibus, quod pecunias prætorum in prouincia cepisse arguerent, caufam apud se dicere iussit. 2. ad Heren. 46. Vt si quis quem arguat hominem occidisse, &c.

**Affirmo.** 2. A. 36. Tantum dico te gaudere, fecisse non arguo. 3. ad Her. 33. Vt si accusator dixerit, ab eo hominem veneno necatum, & hæreditatis cauila factū arguerit. 4. V. 26. Amplius H-S. decies accepisse te arguo contra leges.

**A R G V O R, accusor.** pro Cec. 2. Non dubitauit id ipsum quod arguitur confiteri. 3. V. 85. Pericles autor iniurie illius fuisse arguebatur. 2. de Inue. 37. Negare oportebit de vita eius & moribus quæri, sed de eo crimine, quo de arguatur. pro S.R. 37. Occidisse patrem Sext. Roscius arguitur.

**Affueror, affirmor, obijor.** Par. 3. Quid non licet, id hoc vno tenetur, si arguitur non licere. pro S.R. 76. Multa sunt falsa, iudices, quæ tamen argui suspiciose possunt.

**A D V B R B.** Suspiciose, pro Sex. Rosc.

**Syntaxis.** Hic dico rei arguenda causa. Verbo argue, crimine. Argui sceleris. Id quod argueris, confiteris? De hoc sceleris argueris. Multa argui suspiciose possunt.

**A R G V S, monstrum centum oculis (vt in fabulis est) praditum.** 3. de Nat. 56. Mercurius, qui Argum dicitur intermisce.

**A R G V T E, A R G V T I S S I M E.** pro Cæl. 1. 9. Si mihi acutè argutæ responderit. de Cl. 322. Breuiter argutæ inclusio aduersario laxare iudicium animos. 2. de Orat. 18. De rebus difficillimis argutissime disputare. de Cl. 53. Acutè argutæ, coniicare aliiquid. Ora. 98. Callide argutæ, dicere. || 1. Acad. 7. Quam argutæ, quā obscuræ, etiam contra Stoicos differendum.

**A R G V T I A, acumen, elegantia, urbanitas, locus.** De Cl. 167. Huius orationes multum argutiarum & urbanitatis habebant. Or. 110. Argutia & acumen Hyperidis. de Ami. 45. Sed nihil est, quod illi non persequantur suis argutiis.

Ceteri

Celeritas. Orat. 59. Nulla mollitia ceruicum, nulla argutia digitorum.

ARGVTVS. 13. At. 18. Perfeci sanè argutulos libros ad Varonem.

ARGVTVS, qui argutias habet, callet, festivus, urbanus, concinnus, elegans. ¶ Argutum vocarunt Latini, qui rem aliquam manifestis argumentis sensibus subiicit. Neque solum oratione (ut vulgo tritum est) & ingenij acuminis, sed etiam oculis, manibus, & ijs rebus, que siloquantur, argumenta alicuius exhiberent, apud bonos auctores tributum inuenies. 2. de Or. 250. Ex ambiguo dicto vel argutissima putantur. I. P. 70. Poëma facit ista festuum concinnum, elegans, ut nihil fieri possit argutius de Opt. 5. Sententiae delectandi quasi arguta.

Graus, preclarus, elegans. de Clar. 65. Quis in sententiis argutorum in decendo edificerendóque subtilior?

Magna significatio, ceras, solidus. 2. de Diu. 29. Gallinaceum fel: sunt enim qui vel argutissima hæc extra esse dicant.

Sonans. 6. Attic. 5. Literæ quām argutissima. 8. Fam. 1. Vereor ne tibi arguta nimis hæc sedulitas videatur.

Mobilis. 1. de Leg. 27. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. 3. de Ora. 218. Manus minus arguta digitis subsequens, verba non exprimens.

Syntaxis. Acutæ, argute respondere. Breuiter & argute, callide & arguere dicere. Multum argutiarum & urbanitatis habere. Liber argutulus, Digitum argutia. Extra argutissima, literæ, oculi. Manus digitis minus arguta.

ARIDVS, exiccatus. 2. de D. 33. Puleum aridum florescere dicitur ipso brumali die. de Fa. 7. Exiccatus atque aridus. ) ( Pituitosus, & quasi redundans. I.P. 97. Folia arida.

Abiectus, tenus, horridus. pro S.R. 75. In rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incoltaque vita. 2. de Or. 159. Genius sermonis exile, aridum, cōcīsum, minutum. ) ( Liquidum, fūsum, profuens. pro Qu. 93. Vita horrida atq; arida mihi cordi est.

Syntaxis. Arida planta. Homo exiccatus & aridus. Vetus, & vita arida. Dicendi genus aridum.

ARIES, animal notum, figura cœlestis, & bellica machina ad euentus muros. 2. de N. 111. Ex in contortis aries cum cornib. heret.

Orator 163. Auratus aries Colchorū. 1. de D. 44. || 2. ad Her. 34. Pellis inaurata arietis. 1. Offi. 35. Quāuis murū aries percusserit.

ARIETINVS. 3. ad Heren. 33. Testiculi arietini.

ARIETO, cornibus impero. 1. de Diu. 44. Deinde eius germanum cornibus connivit in me arietare. Accij Poëta.

ARIMINENSES. 3. V. 36. pro Cec. 102.

ARIMINVM, urbs in Vmbria. 2. Q. Fr. 43. Epistola ex Arimino data. 3. V. 36.

ARIOLANS. diuinans. 8. At. 11. Περιθεωτος igitur noster Attice, non ariolans ut illa, cui nemo creditit, sed coniectura propiciens iam iamque maiora.

ARIOLATIO, diuinationis genus. 1. de Diu. 66. Superstitiones ariolariones Accij.

ADIVNCY. Superstitiones, 1. de Diu.

ARIOLOR, diuino, prædico. 1. de Diu. 133. Nec eos, qui quæstus causa ariolantor, agnosco.

ARIOLVS, diuinator. 1. de Na. 55. Aruspices, augures, arioli, vates, coiectores, &c. 1. de Diu. 4. Ariolorum & vatuum furibundæ prædictiones. 4. ad Her. 62. Iste qui diuinitas suas iactat, sicut Gallus è Phrygia, aut ariolus quispiam, &c.

ADIVNCY. Impudentes, inertes, insani, 1. de Diu.

ARION. 2. Tusc. 67. Eijce te de nau, præsto est qui excipiat delphinus, ut Arionem Metymnæum.

ARISTA, que ut acus tenuis è grani gluma eminet. de Sen. 51. Viriditas herbæfens cum è vaginis emerserit, fundit frugem spicæ ordine strūtam, & contra aiuum minorum morfum munitur vallo aristarum.

ARISTÆVS. 3. de Nat. 45. Quid Aristæus? qui oliuæ inuentor dicitur, Apollinis filius. 6. V. 128. Aristæus Liberi filius, olei inuentor.

ARISTARCHVS. Lege, CRITICVS. I. P. 73. Quoniam re non Aristarchum, sed Phalarim Grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed Poëtam armis prosequare. 1. Att. 11. Orationes quarum tu Aristarchus es, id est, index, censor. 3. Fam. 11. Aristarchus Homerii versus esse negabat, quos non probabat.

ARISTIDES. pro Seft. 141. & 3. Offic. 87. Aristides, qui vnu omnium iustissimum fuisse traditur. 3. Offi. 49. 5. de Finib.

ARISTIPPEVS. 2. de Fin. 19. Illud Aristippum genus voluptatis.

\* ARISTO. Hortens. Aristo Chius præfractus, ferreus.

ARISTIPPVS. passim voluptatis defensor.

ARISTOCRATIA. optimatum Républica. 1. At. 11. Totum hūc locum, quem in aristocratia ego varie meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro, &c. valde grauter pertinuit.

ARISTOGITON, 1. Tusc. 116. Harmodius & Aristogiton.

ARISTOLOCHIA. herba. 1. de Diuin. 16. Quid aristolochia

ad morsus serpentum possit, quæ nomine ex intentore report, rem ipsam inueniò ex somno. 2. de Diu. 47. Scammoniam aristolochiamque radicem.

ARISTONEVS, ab Aristone philosopho. 4. de Fin. 40. In Aristonea vitia incidemus.

ARISTOPHANEVS, facetissimus Poëta veteris comœdia. 2. de Leg. 37.

ARISTOPHANEVS. Or. 190. Ita factus est anapestus is, qui Aristophaneus nominatur.

ARISTOTELES. 3. de Ora. 139. Aristoteles Alexandro doctor accitus. Orat. 172. Aristoteles Isocrati aduersatus infensissime.

1. Tusc. 80. Aristoteles ait omnes ingeniosos melancholicos esse. Orat. 194. Aristoteles optimus author. 1. Tusc. 22. Aristoteles quintam quandam naturam, præter quatuor elementa, censeret esse, è qua sit mēs, nempe, æthera. 1. de Diu. 81. Aristoteles eos qui valetudinis virtus furerent, & melancholici dicerentur, cenfēbat aliquid habere in animis præfigiatis atque diuinum. 3. de Orat.

139. Aristoteles Isocratis amulatione, totam penè formam disciplinæ suæ commutauit. 2. de Fin. 19. Aristoteles virtutis vñsum cum vite perfete prosperitate coniunxit. 1. Tusc. 7. Aristoteles, cum motus effet Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam cœperit adolescentes docere, & prudentiam cum eloquentia iungere. 2. de Orat. 160. Aristoteles artem dicendi despiciebat.

2. Diu. 4. Aristoteles & Theophrastus cum Philosophia etiam dicendi præcepta coniunxerunt. 1. de Legib. 38. Aristoteles & Theophrastus cum academia vetere re congruente, genere docendi paulum differentes. 4. Academ. 119. Flumen orationis aureum fundens Aristoteles. Orat. 46. Aristoteles in thesi adolescentes exercuit. Top. 3. Aristoteles Philosophis ipsis ignotus. 3. de Leg. 14. Aristoteles illustravit omnem hunc ciuilem in disperando locum. 1. de Inu. 11. Aristoteles artem Rhetoricam plurimum iuuit. Orat. 62. Aristoteles Isocratem ipsum orationis ornatum lacestiuit. 1. Acad. q. 33. Aristoteles primus species seu ideas labefactauit. 1. Tusc. 41. Aristoteles magister Aristoxeni. 5. de Fin. 7. Aristoteles Peripateticorum princeps, excepto Platone. Ibid. 10. Aristoteles persecutus est animantium omnium ortus, vietus, figuræ. 1. Acad. 18. Aristoteles ingenij abundantia præstítit. 1. Tusc. 22. Aristoteles lögè omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligentia. Top. 6. Aristoteles vtriusque partis dialecticæ princeps. Orat. 204. Aristoteles p̄xana vt optimum probat, à quo discentio. 2. de Nat. 95. Aristoteles quæ in gribus animaduertit. 1. Acad. 26. Aristoteles carum diuersum à quatuor elemētis ratus est. 2. de Orat. 152. Aristoteles is, quem maximè admiror, proposuit quosdā locos, ex quibus omnis argumentatio inueniaretur. 4. Acad. 119. Aristoteles sensit mundum nunquam esse ortum. Ibid. 132. Aristoteles in Philosophia prop̄ singularis. 1. de Inu. 7. Aristoteles Rhetoricæ plurima ornamenta atq; adiumenta subministravit. 1. Acad. 17. Aristoteles Stagirites, & Xenocrates Chalcedonius præstissimo studio atque doctrina. Orat. 14. Aristoteles differendi plurima præcepta tradidit. 2. de Orat. 160. Aristoteles acie mētis omnium rerum vim naturaſque viderat. 1. Diu. Aristoteles singulari vir ingenio, & penè diuino. 1. Tusc. 7. Aristoteles vir summo ingenio, scientia copia. 2. Diuin. 4. Aristoteles & Theophrastus excellentes viri, cùm subtilitate, tum copia. 1. Tusc. q. 22. Aristoteles animum εὐτέλεσίαν vocat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. 2. 9. Aristoteles vñsus est consuetudine de omnibus rebus in cōtrarias partes differendi. 4. Att. 15. Aristoteles in singulis eorum librorum quos εἰπεῖν vocat, proceriis vñsus. Orat. 171. Aristoteles vult in oratione non versum, sed numerum esse. 1. de Nat. 34. Aristoteles condiscipulus Xenocratis. 13. Att. 28. Aristotelis discipulus Alexander. Top. 3. Aristotelis dicendi copia & suauitas incredibilis. 3. de Orat. 119. Aristotelis dictum de Isocrate. 4. Attic. 9. Sedecula quām sub Aristotelis imagine habes. 2. de Inu. 6. 1. de Orat. 49. Aristotelis laus. 2. de Nat. 44. Aristotelis laus in eo quod scripsit de motu astrorum. 2. de Orat. 160. Aristotelis libri Rhetorici. Ibid. 152. Aristotelis loci communis. 1. de Natu. 33. Aristotelis magister Plato. 13. At. Aristotelis ratio dialogorum scribendorum. 1. de Nat. 33. Aristotelis varia de Dei diffinitione sententia, ex tertio de Philosophia libro repetita. Top. 2. 3. Aristotelis Topica. 2. de Nat. 44. Absurdum est Aristotelis videtur in ea parte quæ fit ad gignenda animalia aptissima, animaligni nullum putare. 4. Acad. 143. Aut ipsum Aristotelem, quo profecto nihil est acutius, nihil politius. Orat. 5. Aristotelem non dereruit à scribendo Platonis ampliudo. 5. de Fin. 10. Ab Aristotele de singulis reb. in vñramq; partem dicendi exercitatio est instituta. 1. Acad. 17. Qui erant eum Aristotele, Peripateticidi sunt. 1. Offic. 4. Eodemque modo de Aristotele & Isocrate iudicio, quodrum vñcque suo studio delectatus, cōtempsit alterum. Or. 172. Quis omnium doctior, quis acutior? quis in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrior Aristotele? Brut. 121. Aristotele necno neruofior in scribendo. \* Hortens. Magna etiam animi contentio adhibenda est explicando Aristotelem, si legeris.

A D V I N C T . Aemulus Isocratis de Clariis, Alumnus Platonis, 4. de Fin. Philosophus nobilissimus, 5. Tusc. Praetans longe omib[us], & ingenio, & diligentia, excepto Platone, vir summo ingenio & copia dicens, 1. Tusc. Flumen aureum fundens, 4. Aca. Praetantissimum studio atque doctrina, 5. Atti. Princeps virtusque partis dialectica, princeps Philosophorum, excepto Platone, 5. de Fin. Vir singulari ingenio, & perhedimo, 1. de Diu.

Attributa. Aristoteles optimus autor. Isocratis amplus, longe omnibus praestans ingenio, in Philosophia prop[ri]e singularis, videns omnia mentis acie, ingenio singulari, & penè diuino, quo nemo heretofor in scribendo.

A R I S T O T E L I V S . 3. de Orat. 68. Vobis hæc Carnadia aut illa Aristotelia vis comprehendenda est. Ibid. 77. Aristotelius mos.

A R I T I A , oppidum. cont. Rull. 95.

A R I T I N V S . A . 15.

A R I T H M E T I C A , ars numerorum. 14. At. 12. Vestitus homo remotus à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus. Hominem pecunie deditum notat.

A R M A , ferrum, telum. pro Cecin. 60. Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. 2. Tusc. 37. Arma, membra militis. pro C. Rabir. 22. Capere arma pro salute communi. 12. Fa. Contra arma verbis bellum gerere. 2. A. 55. Tum contra te dedit arma hic ordo consulibus. 7. Att. 6. Dare arma alicui, vt cum bene armato pugnet. pro Cecin. 61. Inspectare arma militis, vt probemus armatum. pro Milon. 10. Silent leges inter arma. pro Syll. 17. Ille arma misit, cornua, tubas, fasces. pro Seft. 34. Portare arma, id est, esse cum telo. 2. Tusc. 58. Sumere arma civilia. 1. Tusc. Arma sumere imparatum. 1. de Orat. 32. Quid tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possit, vel prout care improbus, vel te vesci facilius. 3. Offic. 87. Armis cum hoste certare, non venenis. 7. At. 6. Decertare armis. Ibid. 3. Sentio omnia facienda, ne armis decernatur. 8. P. 33. Discedere ab armis. 8. At. 14. Armis certari. 12. Fam. 13. Armis omnium feliior toga tua. pro Lig. 9. In armis else. 10. P. 21. Armis infestus & inimicus. 6. Fam. 2. Armis conditione positis, aut desfatigatio ne abiectis, aut victoria detractis. 5. Fam. Armis suis me texit. 1. Offic. 84. Armis & castris tentata res est. Ibid. 76. Parva sunt foris arma, nisi est consilium domini. Ibid. 77.

Cedant arma togæ, concedat lauria lingue.

I.P. 87. Armis faciendo praesesse. 10. Attic. Arma abiicere. 8. Fa. 14. Ad arma iit ciuitas. I.P. 87. Armorum officina: ubi arma fiant. \*Oeon. 1. Scorsum arma ac tela seponebantur. 6. V. 121. Conferte forum & iurisdictione cum ferro & armis.

\*Bellum. 14. Fam. 5. Ad arma rem spectare. id est, bellum impendere. 6. P. 11. O fides, quæ potest esse maior fides, quam fraudare creditores, domo profugere? propter as alienum, venire ad arma. pro Rabir. 21. Cum ex Senatu confulto Consules ad arma vocauissent. Orat. 155. Armum, pro armorum. 7. At. 3. Armorum exitus semper incerti: nunc vero in alteram partem magis timendi. 6. Fam. 6. Armorum ista & victoriae sunt facta, non Caesaris. 5. V. 207. Sustinere arma nationum.

\*Potentia. 1. Philip. Ad arma alicuius se conferre. \*Translatio, de defenso, propugnacula, tela. 1. de Orat. 172. Armis prudentia causas tueri atque defendere. 2. Tusc. 33. Si nudus es, da iugulum: sin tectus Vulcaniis armis, id est, fortitudine, resiste. de Arusp. 7. Arma iudiciorum & legum. de Sen et. 9. Arma senectutis, artes exercitationesque virrutum.

A D V I N C T . Alienæ, 8. Attic. Aptissima ciuium, de Senect. Autita, 1. de Orat. Ciuita, sempiterna, 6. Fam. Domestica, 7. Phil. Firma, 14. Attic. Impia, 3. Offic. Iusta, pro Seft. Nefanda, epist. ad Brut. Parua, 1. Offic. Pernicosa. 1. Salutaria, 2. Phil. Selerata, 11. Phil. Seruilia, 2. de Leg. Valeania, 2. Tusc.

Syntaxis. Armis decernere, deceptare. Discedere ab armis. Armis rem & castris tentare. Ad armare. Ad armare spectare. Incerti armorum exitus. Ad armam nullius te conferas. Arma prudentia, iudiciorum, senectutis.

A R M A M E N T A , omnis generis instrumenta, ut nauis, plancti, bellum, in Arat. — Omnia cautæ.

Armamenta locans tuto labore per undas.

A R M A M E N T A R I V M , navale, locus ubi armamenta, armaque seruantur. pro Rab. 20. Ex adficiis armamentariisq[ue] publicis armâ populo Romano. C. Mario consule distribuente, dantur. 1. de Ora. 62. Philo architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit de Ar. 31. Armamentarium telluris.

A D V I N C T . Publica, pro Rab.

A R M A R I V M , in quo uestes, stragula & alia profana seruantur. 6. V. 27. Minus clarum putavit fore quod de armario, quam quod de sacrario esset ablaturum. pro Cl. 179. Cum esset in ædibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantum, ipse armarij fundum exercuit, &c. pro Ccl. 52. Aurum ex armario tuo promere ausa es.

A R M A T U R A , armandi genus & forma. 6. Att. 1. Deiotarus habet cohortes quadringentarias nostra armatura. 10. A. 14. Nostræ sunt equites, nostra leuis armatura. 7. Fam. 1. Armatura varia, peditatus & equitatus in aliqua pugna. 4. ad Her. 43. Nec tam

facile ex Italia armatura trispina depulsa est. 9. Fa. 2. 5. Contra equitem Parchum negat villam armaturam meliorem incepit. \*Miles leuis armatura de Cl. 32. Equites, pedites, leuis armatura. 2. de D. 26. Sed hoc fuerit nobis tanquam leuis armatura prima excusio, nunc cominus agamus.

A D V I N C T . Lewis, 10. Ph. de Cl. & 2. de Diu. Melior, 9. Fam. Varia, 6. Fam. A R M A T V S , A R M A T I S S I M V S . pro Cec. 60. Armatos eos verè possumus appellare, qui scutis celisque parati ornati sunt. Ibid. 61. Sed perinde valebit quasi armatissimi fuerint. pro Mil. 68. Si Capitolina cohortes contra Milonis imperium armata sunt.

\*Translatione fortis, munitus, præditus. pro D. 141. Et erat incredibilis armatus audacia. 7. A. 25. At vero parati, armati animis iam esse debemus. 2. con. Rul. 86. Vrbs ipsa natura ac loco succincta portibus, armata muris.

Syntaxis. Armatus est, armis paratus, & ornatus. Armatus audacia, animis. Vrbs muris armata.

A R M E N I A , Regio.

A R M E N I V S . 2. At. 7. pro Pomp. 23.

A R M E N T U M , maiorum bestiarum grec. 7. At. 7. Pecudes, quæ depulsa sui generis sequuntur greges, vt bos, armenta, &c. 3. A. 31. Antonius cedit greges armentorum, reliquique pecoris, quodcunque nactus est.

A R M I G E R , qui arma domini sui gerit. pro Dom. 13. Sergius armiger Catilinæ, stipulator tui corporis, signifer seditionis.

\*Arma gerens, & armatus. 7. Fam. 33. Quod ex pennigero, non armigero in corpore tela exerceantur.

A R M I L L A E , militaria ornamenta, è leuo brachio pendentia. 4. de Rep. autore Prisciano, Armilla, quæ brachialia vocantur.

A R M I P O T E N S , potens, ac valens armis. Antequam 24. Tritonia armipotens, &c.

A R M O R O ) . Nudo. 8. At. 17. Arma quæ ad me missuri eratis, iis censeo atmetis milites, quos vobiscum habetis. pro Cec. 33. Multitudinem hominum cogere, armare, instruere. Ibid. 20. Cogere & armare homines.

\*Munio,orno,dono,confirmo,instruo,per translationem. pro Cl. 191. Armare accusatorem omnibus rebus. pro Dom. 2. Perditos Magistratus sceleratorum ciuium præsidio nudare, vel eosdem deorum immortalium religione armare. 6. Fam. 7. Quod te ad omnia summuat atq[ue] excellens ingenium armavit. pro Milo. 2. Temeritatē concitatæ multitudinis autoritate publica, armare.

A R M O R O . pro Plan. 86. Egentes in locupletes armabantur.

A D V E R B . Iustius, 10. Famili.

Syntaxis. Armare accusatores. Vulgum autoritate armare. Ingenuum te armat ad omnia.

A R O , aratro perstringo. 1. de Diu. 15.

Lenitus tripli solita grandescere factu,

Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

2. de D. 50. Terram arare, & sulcum altius imprimere. 2. de Or. 131. Ager non semel aratus, sed houatus & iteratus, quod melior res factus possit & grandiores edere. 5. V. 113. Fieri non poterat, vt plus quam decem medimna ex iugere ararent.

A R O R , 2. con. Rul. 66. Ager, qui arari aut coli possit, non qui aratus aut cultus sit.

Syntaxis. Arare terram, & sulcum altius imprimere. Arare, nouare, iterare. Ager aratur, & colitur.

A R P I , oppidum. 9. Attic. 3.

A R P I N A S . 3. contra Rull. 8. Meus paternus fundus Arpinas. 15.

At. 2. In quo flexus est ad iter Arpinas.

A R P I N V M . oppidum. 2. Attic. 9.

A R R E P O , 5. V. 158. Sensim & moderate arrepere ad amicitiam aliquid.

A D V E R B . Sensim & moderatè, 5. Ver.

A R R E P I T I V S , Repetitus, Sal, in Cic. 1. ab arrepto, siue adrepto, id est, irrepto, & latenter subeo, si vera lectio sicutam hic locus variè legitur. REPTITIVS.

A R R E P T V S , vi raptus, abductus. pro Cl. 89. Junius ad quæstionem arreptus est. de Ar. 44. Arreptus est unus ex patriciis, cui, &c. 7. At. 13. Nisi forte hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est.

A R R I D E N S , subridens. 1. de Nat. 17. & 1. de Orat. 134. Tum ille arridens, inquit, &c. de Somn. 4. Hic leniter arridens Scipio, Queso, inquit, &c.

A R R I D E O , subrideo. 1. Derideo. 5. Tuscul. 60. Cum arridisset adolescens, vtrumque iulit interfici.

Placeo. 13. At. 11. Inhibere illud tuum quod valde mihi atriferat, vehementer displaceat.

A R R I D E O R , de Opt. 11. Aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, effet id ipsum Atricorum.

A D V E R B . Facetè, leniter, vrbane, 1. de Finib. Leniter, de Somn. Leuiter, vehementius, 2. de Ora. Valde, 13. Attic.

A R R I P I O , apprehendo, rapio, accipo, capio, eligo, assuso, aggredior. I. P. 84. Macedones socios nostros in seruitute adduxerunt, familias

familias arripuerunt, pecus abegerunt. pro Mur. 13. Arripere maledictum ex triuio. pro Flac. 19. Libenter arripere facultatem laedendi, quæcunque detur. pro Mur. 62. Hæc homo ingensissimus. M. Cato autoribus eruditissimis inductus arripuit, neq; disputandi causa, ut magna pars, sed ita viuendi. pro Senect. 26. Literas Græcas senex didicit: quas quidem sic audie arripiuit, quasi diuturna sitim explore cupiens. 2. de Nat. 162. Illud vero, quod vterque vestrum fortasse arripiet ad reprehendendum, mihi vel maximè probatur. 3. de Nat. 27. Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, si nulla erat in mundo? pro Dom. 12. Hinc pacis hostem cauam arrepturum fuisse ad incendia, cædes, rapinas, nolo suspicimini, nisi, &c. 3. de Finib. 14. Tibi aliquid ex mea respōsione arripere cupienti non respondebo ad singula. pro Sest. 69. Qui cognomē sibi ex aliorum imaginibus arripiuit. 4. Acad. 30. Itaq; mens alia via sic arripiit, vt his statim vtratur: aliqua sic recondit, è quibus memoria oritur. 1. de Diu. 26. Genus diuinandi naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex diuinitate. 1. de Orato. 159. Si quemcunq; patremfamilias arripiisset, is ex aliquo circulo, eadem vobis percōtantibus respondisset. Or. 165. & pro Mil. 10. Est enim hæc non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: sed ex natura ipsa arripiimus, hausimus, expressimus. 3. de Finib. 4. Arripere verba de foro. 5. Fam. 12. Sed ad proportionem meam quiddam interest non te expectare, donec ad locum venias, at statim causam illam totam & tempus arripere. 3. Offic. 36. Quare error hominū non proborum, cum aliquid quod vtile vitum est arripiuit, id continuò secerit ab honesto. \* de Senect. 79. Pueri celeriter res innumerabiles arripiunt.

¶ Inuado. 2. de Finib. 9. Maximus dolor, qui simulatq; arripiuit, interficit.

**A R R I P I O R,** assumor. 2. de Orat. 214. Argumentum simulatque positum est, arripitur. 1. 2. 52. Vox & gestus subito sumi, & alio cunde arripi non potest.

¶ Intelligo, addisco. pro Q.R. 31. Celeriter arripere quod doceatur.

† A D V E R B. Alicunde, 1. de Orat. Auidè, celeriter, de Senec. Celeriter, pro Q.R. Cursum, serò, 2. de Orat. Libenter, pro Lig. Subitò, 15. Fam.

¶ Syntaxis. Arripere familias, maledictum ex triuio, facultatem laedendi. Arripere Philosphiā. Quæ doceantur arripere, animam. Causam belli arripere, atque tempus. Arripi dolore.

**A R R I S I O.** 1. ad Heren. 10. Exordiemur ab arrisione.

**A R R O D O,** rodo, consumo, perdo, translatione. pro Sest. 72. Ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur arroderere.

**A R R O G A N S, insolens.** pro Fon. 26. Induciōmārō isti minaci atque arroganti. pro Dom. 33. Quid enim est tam arrogans, quam de religione pōtificum collegium docere conari? de Ar. 16. Nec vereor, ne hæc mea vestrorum beneficiorum prædicatione non grata potius, quam arrogans videatur. 10. A. 18. Quorum si essent arrogantes, non possem ferre sententiam.

† A D V E R. Stulte, 2. de Leg.

**A R R O G A N T E R, ARROGANTIVS, superbè, contumaciter.** 6. Att. 1. Ad me autem contumaciter, arroganter, ἀρριωνίτας solet scribere. 2. de Inu. 10. Ne cui rei temere atque arroganter assentiamus. pro Lig. 30. Si nemo impetravit, arroganter peto. ad Brut. 4. Id non arroganter præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum. 1. Offic. 2. Nec hoc dictum arroganter existimari velim. pro Mur. 78. Audite consulem, iudices, nihil dicam arrogantiis: tantum dicam, totos dies ac noctes de Repub. cogitantem.

**A R R O G A N T I A,** superbia, insolentia, intolerantia, fastidium, contumacia. 3. Q.Fr. 6. Et illud γένεται τοτὲ δύναται, noli putare ad arrogatiā minuendam solū esse dictum, verū etiam ut bona nostra non rimus. 1. de Inu. 52. In superbiā & arrogantiā odium concitat. 1. de Inu. 52. Ex arrogantiā odium, ex insolentia arrogatiā oritur. pro Q.R. 44. Dic, aude, est tuę contumacię, arrogantię, vitę que vniuersae vox. Orator. 132. Dicerem perfectum, si ita existimarem, nec in veritate crimen arrogantię extimescerem. de Cla. 281. Vir grauis, sine arrogantię, & sine segnitia verecundus. pro Muren. 49. Sermo arrogantię plenus. pro Cluen. 109. Quam grauis & intolerabilis arrogantię. 1. de Orat. 246. Qui eius artis arrogantię, quasi difficillima sit, subnixi ambulant. 1. ad Heren. 1. Quas ob res illa, quæ Græci inanis arrogantię causa sibi assūplerunt, reliquimus. Ibid. 8. Si nostrum officium sine arrogatiā laudabimus. 1. V. 36. Cum omnis arrogantiā odiosa est, tum illa ingenij atque eloquentiæ molestissima.

† A D I V N C T. Despiens, 1. de Nat. Difficillima, 1. de Orat. Grauis & intolerabilis, pro Clu. Inanis, 1. ad Her. Molestissima, odiosa, 1. Ver. Summa, 3. de Nat.

**A R R O G O,** peſtulo, affumo, vendico, sumo, tribuo, acſico. (Derogo. de Cl. 291. Est enim faceti hominis cùm de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant. pro S. R. 89. Neque ego non possum, non enim

tantum mihi derogo, tametq; nihil arrogo, vt te copiosius, quam me putem posse dicere. pro Qu. 56. Quoniam tu tibi id arrogas & concedi postulas. pro Plan. 64. Non vereor ne mihi aliquid videar arrogasse, si de quaestura mea dixeris. pro Plan. 3. Mihi non sumo tantum iudices, neq; arrogo, vt, &c. 4. Fa. 1. Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrogo. 4. Acad. 114. Tu cùm id plenisimum temeritatis esse dicas, tantum tibi arrogas, vt exponas disciplinam sapientiæ, &c.

¶ Syntaxis. Minax & arrogans. Quid est tam arrogans? Contumaciter & arroganter. Temere & arroganter. Dictum arroganter existimatū superbiū & arrogantiā. Ex insolentiā & arrogantiā. Contumacia & arrogantiā. Belli arrogantiā superbus. Mihi tantum non sumo neque arrogo.

Appos. Vide ē G R O T A T I O.

**A R S, artificium, ratio faciendi facultas, doctrina, scientia, studium, disciplina, via.** 1. de Orat. 92. Ars est, quæ cognitis penitusque perspectis & in vnum exitum spectatibus & nunquam fallentibus rebus continetur. 2. 30. Res mihi videtur esse inquit, facultate praeclarā, arte mediocris: ars enim earum rerum est, quæ sciuntur: oratoris autem actio opinionibus, non scientia continetur. 1. ad Heren. 2. Ars est præceptio, quæ dat certa viam rationēmque faciendi. 3. de Fin. 49. Artes efficiuntur ex cognitionibus comprehensionib; rerum, de Cl. 263. Ars dat rationes certas & præcepta faciendi aliquid, quæ habent ordinem, & quædam errare in faciendo non patientes vias. 4. Acad. 12. ex multis animi perceptionibus constat. 1. de Orato. 108. Ars definitur ex rebus penitus perspectis, planęq; cognitis, atque ab opinione arbitrio sciuntis, scientiāque comprehensis. Orat. 183. Naturæ & animaduersio peperit artem. 3. Orat. 195. Artem à natura profici. 2. Offic. 6. Nullam dicere maximariū rerum esse artem, cum minimarum sine arte nulla sit, hominū est parum considerare loquuntur. 2. de Natur. 57. Artis maximè proprium est, creare & gignere. 1. de Diu. 2. 4. An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt & gubernatores falluntur. 5. de Fin. 26. Omnes artes in aliqua scientia versantur. 4. 10. Ars est dux certior quam natura. 1. 42. Gubernatoris ars bene nauigandi rationem habet. 1. de Orat. 186. Nil hil est, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habet illam scientiam, vt ex iis rebus quarum ars nondum fit, artem efficere possit. 2. 110. Hæc omnia artem & præcepta requirunt. Ibid. 44. Non omnia, quæcunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad præcepta esse reuocanda. pro Cæl. 54. Vir illa humanitate preditus, illis studiis, artibus, atque doctrina. 1. Qu. Fr. 1. Studia & artes quæ sunt nobis Græcia monumentis disciplinisque traditæ. 3. de Orat. 115. Artes quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continentur, Geometrica, Musica, literarum cognitione, & Poëtarum. 4. Fam. 3. Artes ingenuæ. pro Arch. 5. Eratrum Italia plena Græcarum artium & disciplinatum, studiaque hæc in Latio colebantur, & hic Rome, &c. 2. Offic. 6. Si est aliqua disciplina virtutis, id est, ars. Celere bonas artes, & colere disciplinam Stoicam. Lege, C. 1. 0. pro Arc. 10. Homo mediocris, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. 7. Fa. 3. Habere scientiam magnarum artium. 2. Offic. 150. Opifices omnes in fordina arte versantur. 1. de Diu. 24. Ars gubernandi, scientia Imperatorum, ratio atque prudentia, reipublica gerenda. 1. de Orat. 8. Recondita in arte & multiplici subtilitate versari. 3. 23. Vna fingendi est ars, in qua, &c. Ibid. Vna est ars ratiōque picturæ. 2. 147. Ad inueniendum in dicendo hæc tria sunt: acumen, deinde ratio, quam licet (si volumus) appellemus artem, tertium diligentia. Ibidem. 146. Atque hoc totum est, siue arsis, siue animaduersiōnis, siue consuetudinis, nosse regiones, intra quas, &c. 4. de Fin. 76. Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio præfunt, debent habere. 1. de Inu. 2. Hæc res, quæ vocatur eloquentia, siue ars, siue studium, siue exercitatio quedam, siue facultas à natura profecta. Orat. 147. Versus ille, qui vetat artem pudere proloqui, quam factites. 2. de Orat. 157. Tradere artem disserendi, & dare præcepta. 7. Fam. 1. Libenter in hercule artem definirem. 4. Acad. 22. Artium aliud eiusmodi genus est, vt tantummodo animo rem cernat, aliud vt moliatur aliquid & faciat. Ibidem. Artes quarum omne opus est in faciendo & agendo. Ibidem. Quid enim est quod arte effici possit, nisi is qui artem tractabit, multa perceperit? Part. 35. Animi quemadmodum affecti sint, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis spectantur. de Senect. 9. Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesq; virutum. 2. Offic. 12. Inanimata pleraque sunt hominum effecta operis, quæ non habemus, nisi manus & ars accederent, neque enim valetudinis curatio, neque nauigatio, neque agricultura, sine hominum opera villa esse potuisse. 5. Tusc. 8. Leon quæsivit ex eo, quæ maxime arte consideret. 7. Fam. 19. Nulla ars literis, sine doctore & interprete percepi potest. \* de Senect. 79. Puero artes difficiles discunt. Hortens. Cūm in his artibus vixerimus. de Consol.

Bonis

Bonis studiis atque artibus expolitos. 1. de Orato. 234. Cuius iuris ciuilis, artem cum indotatam esse atque incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti. Ibidem. Quod in ea plus opera laborisque consumperas, veritus es, nisi istam artem oratione exaggeras, ne operam perdidissem. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno: sit sane tanta, quantum tu illam esse vis. Etenim sine controvrsia & magna est, & latè patet, & ad multos pertinet, & summo in honore semper fuit.

† A D I V N C T A. Amplissima omnium, 4. Tusc. Absoluta & perfecta, ingenua, humana, maxima, muta, præclarissima, Rhetorica, reliqua, sordidiora, 3. de Orat. Antiquæ, liberales, Rhetorica, 1. de Inu. Bona, 6. Ver. & pro Cal. Civiles ac forenses, grauiores, honestæ, leuiiores, vestitiores, yberriæ, varia & multæ, 2. de Clar. Claræ, opinabiles, 1. de Diu. Comites ac ministrae alicius difficillima, facilis, facillima, incompta, leuis, magna, non mediocres, sed propæ magna, nulla aut pertenuis, obscura & difficilis, perfecta, magna atque vber, plena delectationis, præclaræ, & inter se pares, & eiusdem socia dignitatis, propriæ, recondita, recondita, multiplex, subtilisque, varia & diuersæ, 1. de Or. Comites administræ, aliqui eximia, & multæ, inaudita, pro Pom. Communes bonorum, pro Syll. Difficilis, 7. Attic. & de Senec. Diuina, 1. de Nat. Dux certior quam natura, exquisita, 4. de Finib. Excellens, humilis, pro Arch. Fidelis, 10. Fa. Iners, optima, elegantes & ingenuæ, grauissima, plurimæ & grauissima, 2. de Finib. Intima, 13. Fam. Loquax nimium, maxima, mutua, tota, 2. de Orat. Forensis, magna, magna & gloriofa, Orat. Forenses atque populares, 3. de Finib. Honestissima, bona, pro Cal. Ingenuæ, 4. Famili. Innumerabiles, 1. de Leg. Maior, præstantissima, 5. Tusc. Maior, & vberior, Opinabilis, 1. Acad. Multa, 1. ad Q. Frat. & pro Flac. Necessaria, 2. de Nat. Operosa, 2. Offic. Optimæ, 2. de Diu. Oratoria, Top. Potissima, summa, 1. Famili. Perfecta, 3. de Nat. Plurimæ, atque optimæ, pro Lig. Pretiofa, pro Q. R. Solers, in Arat. Sordida, 1. Offic. Tanta tamque fructuosa, 2. ad Q. Frat. Vulgares, pro Sext. Rose.

‡ Syntaxis. Ars est preceptio, constat ex perceptionibus animi. Artes, studia, doctrina. Artes quibus doctrina liberales continentur. Artium habere scientiam. Omnis ars in aliqua scientia. Opifex in arte sordida. Vna est ars & ratio. Acumen, ratio, vel ars, ac diligentia. Artes quibus opus est in faciendo, & agendo. Artem tractare. Animi artibus. (i. inertis affecti. Artes exercitationes, virtutum. Manu, & arte accidente).

‡ A R S A C E S, 8. Fa. 14. Tanti non fuit Arsacen capere, Seleuciam expugnare.

A R S I N O A, vrbs. I.P. 91. || Arsinden, Thraceum, Neopactum, vt modò tute indicati, nobiles vibes atque plenas, fateris ab hostibus esse captas.

‡ A R T A V A S D E S, 15. Fa. 2. Vt Artauasdes rex Armenius quocunque animo esset, sciret non procul à suis finibus exercitum pro Rom. esse. 5. At. 20. Armenius Artauasdes. Ibid. 21. Deiotari filio pacta est Artauasdes filia.

A R T A T A. pro R.P. 39. || Auditæ, visaque merces, fallaces qui dem, & fucosæ, chartis, & linteis, & vitro delatae, quibus cùm multa naues refectæ fuissent, vna non patuit parua & artata. Hunc tamen locum corruptum esse assertit D. Lamb. in armorionibus in hunc locum.

‡ A R T E M I T A N Y S. I. Atti. 16. || Volaterranos & Armentanos, quorum agrum Sylla publicarat, neque diuiserat, in sua possestionem retinebant. Alias, Arretinos.

A R T E R I A. 2. de Nat. 155. Aspera arteria (sic enim à medicis appellatur) ostium habet adiunctum linguae radicibus, paulò super quā ad linguam stomachus annectitur: eaque ad pulmones usque pertinet, excipitque animam eam, quæ ducta sit spiritu, eandemque à pulmonibus respirat & reddit. 3. ad Heren. 21. Nam lēduntur arterie, si antequā leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur. Ibid. Recreatur enim vox spiritu, & arteriae reticendo acquiescent. Leg. V E N A.

† A D I V N C G. Aspera, crebra, multa que, 1. de Nat.

‡ Syntaxis. Arteria pluratio numero, sepius quam arteria.

A R T H E M I S I A, Mausoli Caria regis vxor, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum, 3. Tusc. 75.

A R T H R I T I C V S, qui articulorum dolores habet. 9. Fa. 23.

A R T I C U L A T I M, separatum, seorsum. 1. de Leg. 36. Quæ fusæ olim disputabant ac liberæ, ea nunc articulatum distincteque dicuntur. 3. de Nat. 67. Membræ articulatum diuidit.

A R T I C U L A T E, cum primis. 6. At. 5. Valebis igitur, & puellæ salutem articulatæ dices.

‡ Syntaxis. Articulatum distincte, dicere. Articulatum membra dividere. Articulatæ salutib. Cesarem: id est, seorsim, cum primis.

A R T I C U L V S, nodus, iunctura, nodus natura in animante, in planta. 1. Att. 4. Terentia magnos articulorum dolores habet. de Sen. 53. Ineunte vere in vitibus existit tanquam ad articulos sarmamentorum, ea quæ gemma dicitur. 1. de Nat. 80. Nævus in articulo pueri delectat Alcæum.

¶ In oratione duplex, vt ex Tullio patet. 2. de Orat. 359. Verba, que quasi articuli connectunt membra orationis 3. 184. Oratio articulis membrisque distincta. 4. ad Heren. 17. Oratio fluctuans & dissoluta, quæ sine nervis & articulis fluctuat huc & illuc. Orat. 19. Ad numerum articulus cadens. 4. ad Heren. 27. Arti-

cus dicitur, cùm singula verba interuallis distinguuntur, cæta oratione.

¶ Momentum, occasio, opportunitas, pondus temporis. pro Qu. 19. Tum iste, qui nunc in summas angustias adductum putaret, vt cum suis conditionibus in ipso articulo temporis altingeret, assēm se negat daturum.

† A D I V N C T A. Singuli, 3. de Orat.

‡ Syntaxis. Articulorum dolor. In articulo sarmamentorum gemina. Verba quasi articuli neccentia orationis membra. Oratio articulus membrisq; distincta, & sine nervis, sine articulis. Ad numerum articulus cadens. Inops astringitur in ipso temporis articulo.

A R T I F E X, opifex, sciens & peritus. pro Mutena. 29. Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulcedos esse, qui citharædi fieri non potuerunt. 4. Acad. 12. Artificem non fortuito, sed quem præcepta & comprehensa tenere videmus, appellamus. Ibid. Artificem ab inscio non est distinguere, si artem subtraxeris. 5. Fam. 12. Atque illi artifices corporis simulachra ignotis nota faciebant. id est, Apelles & Lysippus. 6. V. 4. Nimirum didici etiam artificum nomina. id est, eorum qui statuas fecerant. \* de Clar. 96. Hoc in oratore videtur apparuisse artifex, vt ita dicam, stylus.

¶ Gubernator, fabricator. de Vn. 5. Artifex mundi, id est, Deus.

¶ Autor, magister, præcipuus doctor. 1. de Orat. 2. 3. Græci dicendi artifices & doctores. Orat. 17. Theodectes politus scriptor atq; artifex. pro Ar. 10. Scenicus artifex. id est, his tristis. 2. de Finib. 116. Artifex callidus cyparandarum voluptatum. Q. de Pet. 37. C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat, se, &c. pro Qu. 78. Ne quid mihi eiusmodi accideret, cùm contra talēm artificem dicturus essem, verebar.

¶ Causa. Orat. 161. Consuetudo artifex suauitatis.

† A D I V N C. Callidus, 2. de Fin. Egregius, Græci, pro Mur. Multi, 3. Ver. Politus, Orat. Probus, de Vni. Scenicus, pro Arch. Summus, pro Sest. & 3. de Orat.

‡ Syntaxis. Deus mundi artifex. Dicendi artifex, & doctor. Politus scriptor, & artifex. Scenicus artifex. Artifex callidus comparandarum voluptatum. Cotta in ambitione artifex. Consuetudo artifex.

A R T I F I C I O S I V S, cum maiore arte, accuratius. 2. de Nat. 57. Quod in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere.

A R T I F I C I O S V S, habens artem ac vim artificij. 2. de Nat. 58. Ipsius vero mundi natura non artificiosa solum, sed planè artifex, &c. 2. de Nat. 59. Zeno ita naturam definit, vt eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem via. Ibidem. Natura, id est, vt dixi, ignis artificiosus, magister artium reliquarum.

¶ Artificio proditus. 2. de Nat. 138. Artificiosum & diuinum opus. 2. de Fin. 15. Mathematici de re artificiosa loquuntur. 1. de Diuin. 52. Ea genera diuinandi artificiosa dicuntur. Item, Artificiosus præfensiō. (naturalis dinatio).

A R T I F I C I V M, opificis industria, opus, actio, præstantia, opera, ars ipsa. 1. Offic. 150. Iam de artificiis & questibus qui liberales habendi, qui sordidi sint, hoc ferè accepimus. 1. de Orat. 129. Atqui vide, inquit, in artificio & opera quam tenui & leui quāto plus adhibeat diligenter, quam, &c. pro S.R. 49. Oblivisci artificium. 3. de Finib. 4. Ne opifices quidem tueri sua articia possent, nisi, &c. 4. Acad. 144. Quod enim spectat illud: cùm artificia tolli quereris à nobis, nisi vt opifices concidentur? 6. V. 72. Simulachrum singulare opera artificioque perfectum. Ibid. 46. Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta, & summa arte. Ibid. Vt intelligatis hominem artificij cupidum, non argenti fuisse.

¶ Artus, dolus. 9. Fam. 16. Non iam satis est consilio pugnare, artificium quoddam excogitandum est. pro Planc. 22. Vicinitas non fallax, non erudita artificio simulationis.

¶ Ratio, prouinciaque grauia, disciplina, præceptio, institutio, affectata diligentia, studium, apparatus. 1. de Orat. 146. Non esse eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum. 1. de Orat. 74. Artificium dicendi. 4. Atti. 15. Reliqui libri τεχνολογιῶν habent. 2. de Orat. 156. Suspicio artificij imminuit oratoris autoritatem & orationis fidem. 2. de Ora. 83. Componere artificium de iure ciuili. 4. Acad. 30. Natura maximo quasi artificio fabricata est primum animal omne, &c. 4. de Fin. 76. Qui cuique artificio præsunt, eam, quæ communis appellatur prudentia, debent habere. pro S. R. 49. Non tu in isto artificio accusatorio callidior es quam hic in suo.

† A D I V N C. Accusatorium, varia, pro S. R. Alienum, 3. de Orat. Antiquum, 2. Verr. Callidissimum, elegantiora, necessaria, 1. Tusc. Communum, pro Q. R. Diffimile aliorum, 2. de Orat. Incertum, 1. de Luen. Intimum, pro Clu. Leuius, 4. Ver. Mirum, 3. Verr. Proprium, tenue, leue, 1. de Orat. Singulare, sumnum, 6. Ver. Sordidum, ancillareque, 5. Tuscul. Suburbanum, urbanum, pro Plan. Magna, 4. Acad.

‡ Syntaxis. Ignis artificiosus, id est, artium magister. Arcifricum & opera nature. Artificij non argentei cupidus. Artificio pugna, si consilium defit. Artificium ex eloquentia natum, non contraria. De iure ciuili componere artificium. Artificium accusatorium.

**A R T O L A G A N V s**, *panis genus delicati; qualia sunt liba, seu palcentia. 9. Fa. 20.* Dedicenda tibi sunt sportelle & artolagani tui.  
**A R T V s, membrum.** 2. de Fini. 93. Quos dij immortales ille, cum omnes artus ardere videretur, cruciatus perferebat. 2. Tuse. 6. 1. Cum audiuerit eum grauter esse agrum, quod vehementer eius artus laborarent.

¶ *Articulus, commissura, nodus.* de Clar. 217. Cn. Octavius qui multis medicamentis erat propter dolorem artuum delibutus. 1. de Orat. 121. Et totamente, atque omnibus artibus contremisco. 2. de Nat. 150. Digitorum molles commissura & artus. Quint. de Pet. 30. Nerii atque artus sapientiae sunt, non temere credere. 1. Diu. 40.

*Excita cum tremulis annus attulit artibus lumen.*

† **A D I V N c. Molles.** 2. de Nat.

¶ *Syntaxis. Artuum dolor. Mente tota, & artibus tremere. Digitorum artus. Nerii & artus discipline.*

**A R V S P E X, extispex**, qui volatibus avium inspiciendi futura predictit. 1. de N. 55. Aruspices, augures, arioli, yates, coniectores, &c. 2. de Diuin. 26. Peruaderi igitur cuiquam potest ea que significari dicuntur extis, cognita esse ab aruspibus obieruatione diuturna. 3. C. 19. Cum aruspices ex toto Heretria conuenient, torus & verbi atque imperij occasum appropinquare dixerunt. 1. de Diuin. 85. Quid enim habet aruspex. 2. Atti. 7. Latores & aruspices legis curiatae.

**A R V S P I C I N A, divinationis genus, ars extispicum.** 2. de Diuin. 28. Ut ordinar ab aruspicina, quam ego reipublica communisq; religionis causa calendam censeo. 6. Fa. 18. Cum qui hodie aruspices facerent, in Senatu Romae legerentur. 1. de D. 49. & 50. De ortu aruspicinae & de Tage.

**A R V S P I C I N V s, artis aruspicum.** 1. de Diu. 72. Quid Hetruscorum declarant & aruspicini, & fulgulares, & rituales libri.

**A R V V M, campus, ager.** Orat. 163. Frugifera & ferta arua Afrix. Ennij. 1. de N. 123.

**A R X, castellum.** 2. de Or. 273. Tarento amissio arcem tamen Liuius Salinator retinuit. de Sen. 11. Salinator amissio oppido fugerat in arcem. 14. C. II. Videor enim mihi hanc vrbe videre lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium. I. P. 84. Qui cum oppido desperassent, munire arcem cooperunt. 1. de Leg. 2. Nisi forte Athenae tua sole sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. Parad. 1. Non enim tale est ut in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidias pro Syl. 79. Munite communem arcem bonorum, obstruite per fugia improborum. Antequam. 9. Arcem vrbi ab incendio liberaui. 1. P. 11. Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, castellum forensis latrocinii. pro Lig. 22. Africa omnium provinciarum arx. 1. con. Rull. 18. Hoc templum Iouis Opt. Max. atque haec vrbs arx omnium gentium. pro Clu. 156. In arce legis praesidia defensionis suæ constituere.

† **A D I V N c. Alta, 7. Famil. Communis bonorum, pro Syll. Tota, 5. Fam.**

¶ *Syntax. Arcem retinere: id est, seruare. Translatione, Romam Cic. vocat honorum & gentium arcem. Africam arcem prouinciarum: & legis arcem esse presidia defensionis.*

**A s, libra, sine libella, pondo.** 2. Offic. 58. M. Seius in caritate annonæ asse in modum populo dedit.

¶ *M nimus numerus pro Qu. 19. Tum iste assem se negat daturum. pro Qu. R. 51. Dic. H-S. c c l i i i . dedisse, qui assem nullum dedit.*

¶ *Totum, cuius est divisio in partes asse. pro Cecin. 17. Facit haredem ex deinceps & semiuncia Cecinam, ex duabus sextulis M. Fulciniu, Ebustio sextulam aspergit. 17. Fam. 20. Testamento, quod Antistius Romæ fecerat, hæres ex parte dimidia & tertia Capit. est: in sextante sunt hi, qui, &c. Vide Budanum de Ase, & Georgium Agricolam.*

¶ *Syntaxis. Uedit Seius modium ase.*

**A S C E N D E N S.** de Cla. 280. Is ascensio gradibus magistratum, ad summam amplitudinem peruenit.

**A S C E N D O, scando.** 15. Fa. 4. Expedito exercitu ita noctu iter feci, ut ad 111. Idus Octobris cum lucesceret, in Amanum ascenderem. 1. At. 13. Ascendere in castellum. 2. de Finib. 74. Ascendere in concionem. 1. Tuse. 71. Is ita locutus est, ut non ad mortem trudi, verum in cœlum videretur ascendere. pro Dom. 75.

Quibus tanquam gradibus mihi videor in cœlum ascendisse. pro Milo. 99. Gloria cuius gradibus homines videntur in cœlum ascendere. de Ami. 90. Si quis cœlum ascenderet, &c. 4. Aca. 148. Nos ad naticulas nostras ascendimus. 6. V. 51. Ascendit in oppidum Archagathus. 1. Lamb. legit, descendimus. 2. de Orat.

100. Lex peregrinum vetat in murum ascendere. 3. 176. Sol sensim ascendens in diuersam partem. pro Clu. 110. In altiore locum ascendere. 1. Diu. 18. Eodem equo aduersus ascendit ripam. pro Mur. 55. Ex continua honoribus familie maiorum que suorum, vnum ascendere gradum dignitatis conatus est.

2. Offic. 6. Non solum ut ne affligantur, sed etiam ut ad altiorum gradum ascendant. Orat. 125. Ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. de

Clar. 241. Ascendere ad honores. de Sen. 34. Cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere. pro Cluent. 150. In summum locum ciuitatis ascendere. Part. 12. Aut à minoribus ad maiora ascendimus. 3. de Orat. 225. In omni voce est quiddam medium, sed suum cuique voci: hinc gradatim ascendere vocem vtile & suaua est. ad Brut. 4. Timeo de consulatu, ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quam inde, si consul factus sit, descensurum. \* con. conc. Q. Metel. Ascendi in concionem. in L. Pil. Hic cum ad Padum Placentia forte confidisset, paucis post annis in eam ciuitatem ascendit. Hortens. Eloquentiam, quam tu in cœlum, efcedo ut ipse cum cœli simul ascenderes, sustulisses. || pro Sext. Roſc. 83. Qui sua virtute in altiore locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum.

\* **A S C E N S I O, ascensus.** de Cla. 157. Quorum quidem quæ fuerit ascensio, &c. ex eo existimari potest. Alij tamen Assentio, legant.

† **A D V E R B. Altè, 10. Famil. Gradatim, in Part., & 2. de Orat. Omnidem, de Senect. Sen. 3, in 3. de Orat.**

¶ *Syntaxis. Ascendere in concionem, in cœlum & cœlum, tanquam gradibus. Ad nauiculam ascendere. In diuersam partem sol ascendit. Crescere, ascendere, in altiore locum peruenire virtute. Ascendere ad honores, in equum, in summum ciuitatis locum.*

**A S C E N S I V S, Ascensio.** pro Dom. 54. Homines audaces ab eius templi aditus atque ascensu repulisti. 6. V. 51. Ipse in oppidum accedere noluit, quod erat difficult ascensu atque arduo. de Ar. 43. Atque hic ei gradus ad rem publicam, hic primus est aditus & ascensus ad popularem iactationem. 3. de Legib. 7. Olliq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto. 1. de Orat. 261. Neque is consistens in loco, sed in ambulans, atque ascensu ingrediens arduo. \* Hoc illis animis faciliorem ascensem & redditum in cœlum fore.

¶ *Syntaxis. Aditus & ascensu templi pellere aliquem. Oppidum arduo ascensu. Hic primus gradus, aditus, & ascensus ad honores. Ingredi arduo ascensu.*

**A S C I A, dolabra, instrumentum quo ligna dolantur, & poliuntur.** 2. de Leg. 59. Hoc plus, inquit, ne facito togum, ascia ne polito.

**A S C I S C E N D V S, acribendas.** pro Arch. 4. Aliquem non modo non segregandum, cum sit ciuius, à numero ciuium, sed etiam si non esset, asciscendum esse.

¶ *Comparandus.* pro Dom. 95. Nihil vñquam de me dixi sublatius asciscenda laudis causa.

**A S C I S C O, appero, approbo.** 1. de Finib. 23. Naturæ ipsa, vt Epicurus, asciscit, & reprobatur, id est, voluptatem & dolorem. 2. de Legib. 20. Alterum quod interpretatur fatidicorum effata incognita, cum Senatus populisque ascuerit. 2. de Nat. 7. Hos augures ne ipsa quidem fabulae ascuissent, si res omnino repudiarent.

¶ *Ascribo, adiungo, adjicio, an numero, seligo.* 2. C. 8. Omnes perditos ad hoc incredibile sceleris fecus ascivit. de Amic. 50. Bonos boni diligunt asciscuntq; sibi, quasi propinquitate conjunctos. pro Dom. 92. Sed tamen ego mihi sororem virginem ascisco: tu sororem tuam virginem esse non sviisti. I. P. 25. Me patronum vnum asciverant.

¶ *Retineo, comparo.* ad Brut. 16. Qui tyranni nomen ascivit sibi. de Cl. 267. Is qua clarorum virorum esset, non dubitatasci. 5. Fa. 10. Viginti oppida sunt Dalmatia antiqua, quæ ipsi sibi asciverunt, amplius sexaginta. Ora. 25. Asciverunt, aptum suis auribus opimum quoddam dictiōnis genus. pro Cor. 21. Innumerabiles alia leges sunt lata; quæ Latini voluerunt, asciverunt. 6. V. 21. Asciverunt sibi illud oppidum piratae. de Cl. 209. Idcirco hanc consuetudinem libenter ascivimus.

¶ *Tribuo, arrogo.* pro Dom. 97. Neque istam mihi ascisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant. 1. de Orat. 87. Eos expertes esse illius prudentia quam sibi ascicerent.

**A S C I S C O R, appero.** 3. de Finib. 70. Minime vero probatur huic disciplina, de qua loquor, aut amicitiam aut iustitiam propter utilitates ascisci aut probari. 1. de Leg. 31. Id enim ut suavitate delectans, sic ab errore mentis tanquam salutare aliquid asciscitur, similique inseitia mors fugitur, vita expetitur.

¶ *Aduocor, excipio.* pro Cor. 27. Omnes mutare ciuitatem posunt, modo asciscatur ab ea ciuitate.

**A S C I T R V S, assumptus, habitus, deductus.** de Ar. 27. Sacra ista ascita ex Phrygia fuerunt. 7. V. 186. Sacra Cereris à Græcia ascita & accepta. Cor. Nep. in vita Att. Illa, quæ natura prima sunt ascita, natura diligimus.

¶ *Acquisitus.* Cor. Nep. in vita At. Amitti ciuitatem Romanam, alia alcita.

¶ *Expeditus.* 5. de Finibus 17. Alij censem primum ascitum, doloris vacuitatem, primum declinatum dolorem.

¶ *Alienus, fictus, adulterinus, simulatus.* Cor. Nep. in vita Attici. Ut appeteret in eo Natiuum quendam, leporēm esse; non ascitum.

† **A D V E R B. Vndeque,** pro Cor.

¶ *Sunt boni in ciuitatem ascendi.* Non id ago landis ascitum.

**S**cēdā gratia. Natura bonum asciscit, malum reprobat. Ad fadus asciscere bonos. Boni bonos asciscunt sibi. Ille tyranni nomen sibi asciscet. Hostes ascierunt sibi oppidum, id mibi certè non ascisco. Ascicetur id ut salutare, fugitur mors. I. ascitus à ciuitate: id est, cooptatus. Sacra ascita à Gracia, ex Gracia. Amisit Romanum, ascita Alba. Non natu-  
rus, sed ascitus candor.

**A S C I T I V S**, iij. pro Cœl. 23. P. Ascitus reus dictus, adiutor & conscius fuisse, iudicio liberatus.

**A S C L E P I A D E S**, medicus & amicus L. Crassi oratoris. i. de Or. 62.

¶ Neque verò Asclepiades is, quo nos medico, amicōque vñ su-  
mus, tum cùm eloquentia vincebat cæteros medicos, in eo ipso  
quod ornata dicebat, medicinæ facultate utebatur, non elo-  
quentia.

**A S C R I B O**, adiungo, assigno, asciso. || Diligentissime obseruandus  
est varius usus huius verbū, & ut singula cū quibus nominibus iun-  
gitur trita sum consuetudine animaduertenda & recipienda potius,  
quam ad rationis iudicium reuocanda; dixit enim Cicero, ascribere  
aliquem in ciuitatem, ciuitati, & in ciuitate, in amicitia, nunquam  
in amicitia, aut ad amicitia, ascribere ad iudicium suam sententiam,  
& iudicio, ad numerum & in numerum, omnia in subjectis exemplis  
facile perspicies. 14. At 20. Gaudeo quod vulgo hominum opinio  
sociū me ascribat tuis laudibus. pro R.P. 1. Ascribe ad iudicium  
tuum meam quoque sententiam. de Opt. 16. Qui Thucydidem  
laudauit, ascribet lñx nostram sententiam. 1. Qu. Fr. 1. Hunc ad  
tuum numerum libenter ascribito. 2. de Ora. 264. Et ad hoc gen-  
nus ascribamus etiam narrationes apologorum. 2. A. 34. Tu ve-  
rò ascribe me talem in numerum. 5. Tuf. 63. Vt in ego tertius  
vobis amicus ascriberer. 3. Offi. 45. Tyranus periuit vt se in ami-  
ciam tertium ascriberet. pro Dom. 116. Hic non est auctor nō  
men suum emptioni illi ascribere. 6. A. 13. Altera statua ab equi-  
tibus Rom. equo publico, qui idem ascribunt patrono. 6. Atti. 2.  
Qui ad Statuum adscripterit, nescio. pro Cor. 20. Ascribere pœ-  
nam federatis. 2. de Leg. 11. Ostenderunt ea se scripturos atque  
laturos, quibus ascriptis suscepisti que beatè viuerent. 5. V. 154. Iā  
hoc quidem non reprehendo, quod ascribit Accensus.

¶ Accentum refero, tribuo. 1. de Diu. 29. At illud minime fuit au-  
guris quod ascriptis, ob eam causam pop. Röm. calamitatem ce-  
pisse. 3. de Nat. 89. Bonos exitus bonaorum ascribimus attribui-  
mūque sine ulla ratione diis immortalibus.

**A S C R I B O R**, annumeror, colloquor. de Arusp. 57. In certam sedem  
ciuitatis ascribimur.

¶ Syntaxis. Bona Deo ascribas. Ad iudicium tuū meam sententiam  
ascribe. Ascribe me tibi socium, ad tuū numerum, in numerum. Ascri-  
bi in certam ciuitatis sedem.

**A S C R I P T I T I V S**, ascriptus. 3. de Nat. 39. Quosdam quasi nouos  
& ascriptitos cives in cœlum receptos fuisse.

**A S C R I P T O R**, qui in exemplum ducit scripta. Secundum quosdam  
id est, quod subscriptor, qui & causidicus est, causam adiuans. Post-  
quam in Sen. 24. Itaq; si fuit non modo salutis defensor, verum  
etiam ascriptor dignitatis meæ. Postq. in Sene. 8. Cū eum in  
me restituendo autorem fuisse ascriptorēm̄q; videatis. pro Do.  
49. Ille nouitius Ligur venalis ascriptor tuus & subscriptor.

¶ Syntaxis. Et defensor, & ascriptor dignitatis aliquid. Autor &  
ascriptor. Ascriptor tuus, & subscriptor.

**A S C R I P T Y S**, pro Arch. 8. Qui eum ascriptum Heraclensem  
dicunt. Ibidem. Archias Heraclia ascriptus est. Ibidem 10. Pra-  
fertim cum in aliis ciuitatibus fuerit ascriptus. Ibid. 7. Qui fac-  
deratis ciuitatibus ascripti essent.

¶ Syntaxis. Ille ascriptus est Basileensis, nimirum ciuis. Ascribi fa-  
deratis ciuitatibus.

**A S C V L A N V S**, de Cl. 169. pro Font. 31.

**A S C V L V M**, urbs, pro Clu. 21. de Clar. 169.

**A S E L L V S**, 1. At. 13. Asellus onustus auro.

**A S I A**, pro Flac. 64. Asia vestra constat ex Phrygia, Misia, Caria,  
Lydia. Ibidem. Asia ora maritima. 2. cont. Rul. 39. Pergamum,  
Smyrna, Trallis, Ephesus, Miletus, Cizicus, tota denique Asia.  
pro Fl. 85. Cum Asiam prouinciam confulari imperio obtine-  
res. 5. At. 21. Ipse in Asiam profectus sum Tharso non. Ian. & ibi  
de Asia.

**A S I A N V S**, ex Asia. 1. At. 14.

**A S I A T I C V S**, ex Asia, & ad Asiam attinens. de Clar. 325. Genera  
Asiaticæ orationis duo sunt, &c. pro Pomp. 19. Asiaticæ pecunia. x.  
de Cl. 52. Asiatici oratores non contemendi quidem, nec ce-  
leritate, nec copia, sed parum pressi & nimis redundantes. Orat.  
27. Inclinatè vulantique voce Asiatico more canere. 3. de  
Orat. 40. De Asiaticis & Atticis. || pro Pom. 19. Deinde quod  
nos eadem Asia atque idem iste Mithridates initio belli Asiati-  
ci docuit, &c.

**A S I N V S**, notum animal, contumeliosè Asinus dicitur & homo se-  
gnis. 2. de Nat. 159. Longum est multorum persequi vtilitates &  
Asinorum. I.P. 73. Quid nunc te asine literas doceam? non opus  
est verbis, sed fustibus.

Asinuglor, sine corpore, expers corporis. Lege, D E V S.

**A S O T V S**, prodigus, effusus. (acerbus. 2. de Fin. 22. Atqui reperi-  
mus astotos, ita non religiosos, vt edant de patella. 2. de Fin. 23.

Astoti mundi, elegantes optimis cocis, pistoribus, pifcatu, aucu-  
pio, venatione, . de Nat. 77. Posse astotos ex Aristippi, acerbos e  
Zenonis schola exire.

† **A D I V N C**. Acerbi, 1. de Nat. Iucundi, elegantes, non religiosi, 1.  
de Finib.

**A S P E C T A B I L I S**, quod sub sensum oculorum cadit, visibile dicunt.  
de Vn. 11. Corporeum & aspectabile, itemque tractabile omne  
neccesse est esse, quod natum est. Ibid. 9. Deus animal vnum aspe-  
tabile, in quo omnia animalia continerentur, effectit.

**A S P E C T O**, intuer, aspicio. pro Pl. 101. Quid me aspectas? quid  
mea promissa repetis?

**A S P E C T U S**, acies, quod visum appellant. 1. de Nat. 142. Oculi as-  
pectum, quod volunt, facile contorquent. de Pro. 38. Referre  
aspectum aliquo. 3. de Orat. 358. Omnes res quæ sub aspectum  
veniunt. 1. Offic. 14. Quæ aspectu sentiuntur. de Vniuersi. 9. Quæ  
ex coniunctione cœlum ita aptum est, vt sub aspectum & ta-  
ctum cadat. 2. ad Heren. 9. Aut denique nunquid aliquo sensu  
perceptu sit, aspectu, auditu, tactu, &c. 2. de Nat. 158. Pomorum  
iucundus non gustatus solum, sed odorarus etiam & aspectus.

2. A. 73. Auctionis verò aspectus miserabilis. 2. de Orat. 357.  
Res cœcæ, & ab aspectus iudicio remota. Orat. 228. Idem ad  
aspectum etiam venustum. pro Syl. 74. Hominum aspectum lu-  
cēmq; vitare. pro Cec. 45. Aspectus armatorum ad vim facien-  
dam valet, incursus & impetus non valebit. de Ar. 8. Qui sacra  
Bonæ deæ aspectu virili violauit. 3. ad Her. 27. In contentione  
per distributionem acri & defixo aspectu uti oportet. 1. de Ora.  
96. Quæ primo aspectu nos ceperunt de Clar. 200. Non affi-  
dens & attente audiens, sed vno aspectu & præteriens sapientem  
iudicat. de Clar. 15. Eorum aspectu omnis cura consedit. 1. de Nat.  
9. Primo aspectu inanimum quiddam se putat videre, post au-  
tem, &c. 6. V. 17. Situs urbis communis & præclarus ad aspe-  
ctum. Quint. de Pet. 1. Ut ea quæ in re dispersa atq; infinita vi-  
derentur esse, ratione & distributione sub uno aspectu ponerentur.  
1. Tuscul. 73. Cū acriter oculis deficientem solem intue-  
rentur, vt aspectum omnino amitterent. 2. de Diu. 92. Illi orbes,  
qui aspectum nostrum definiunt. 7. Attic. 3. Ex literis tuis hanc  
primo aspectu voluptam cepi, quod, &c.

¶ **P r a s e n i a**, compescit. 10. Fam. 23. Adducere copias in aspectum  
hostium. 1. C. 17. Alicuius aspectum præsentiamq; vitare. Ibi-  
dem. Carere me aspectu ciuium malo. 4. Fam. 9. Noli rempu-  
blicam, multis claris viris orbatam, priuare etiam aspectu tuo.  
4. C. 11. Versatur ante oculos aspectus Cethegi, & furor in ve-  
stra cœde bacchantis.

¶ In aspectum: id est, publicè. pro Ar. 12. Ex literis aliquid in  
aspectum lucemque proferre.

† **A D I V N C**. Iucundus, primus. 2. de Nat. Defixus, & acer. 3. ad Heren.  
Vnus, de Clar.

¶ Syntaxis. Contorquere, referre, vitare aspectum. Sentiri, percipi  
aspectu. In aspectum venire. Aspectus acer, defixus, miserabiles. Ad  
aspectum remorum. Sub aspectu cadere. In aspectum adduci, & pro-  
ferri. Primo aspectu.

**A S P E L L O R**, 2. Tuscul. 25.

Sed longe à latore numine aspellor tonis, i. expellor, arceor. Poëta.

**A S P E N D I V S**, citharistam. 3. V. 53. || Aspendum Citharistam, de  
quo sapientibus, id quod est Græcis hominibus in proverbio,  
quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis suis  
ædibus posuit.

**A S P E N D V M**, oppidum. Ibid. || Aspendum vetus oppidum, & no-  
bile, in Pamphilia scitis esse, plenissimum signorum optimorum.  
Ibidem. Nullum tē Aspendi signum Verres reliquisset, &c.

**A S P E R**, & Asperior, scaber, durus, habens aliquid asperitatis. Ea  
enim aspera propriè sunt, quorum partes alia eminent, aliaq; supe-  
rantur. (lenis, leuis. 2. de Fin. 76. Sensus iudicat dulce, amarum,  
leue, asperum, propè, longè, &c. Part. 30. In locis spectatur, leues  
an aperi, salubres an pestilentes. 4. de Fini. 78. Homo asper &  
durus oratione & moribus. pro Plan. 40. Homo natura asper &  
omnibus iniquis. de Cl. 129. Licinius asper, maledictus, genere  
toto paulo feruiderat atq; commotior. pro Mur. 60. Accedit his  
tot doctrina non moderata nec mitis, sed paulo asperior ac du-  
rior. pro Corn. 22. In periculis & asperis temporibus. Orat. 20.  
Aspera, tristis, & horrida oratio. \* Acad. Quem aspero oredi-  
scerant.

¶ Syntaxis. Asper homo, oratio, locus, tempus. Asper natura, mori-  
bus, oratione.

**A S P E R E**, & Asperius, dure, seuerè, rigidè, acerbè. 1. de Orat. 227. M.  
Cato apud populum Romanum asperè vehemēter est locutus.

¶ Orat. 128. Dicantur in aduersarios asper. 2. Qu. Fr. 3. Marcel-  
linus Pompeium nimis asperè tractat. 9. Att. 18. Asperius quām  
tui patientur mores, de Dionysio scripsisti. 1. Fam. 5. Acerbè &  
asperè accusare aliquem. pro Planc. 33. Maledicta in aliquem  
asperè & ferociter & liberè dicta. Ibid. Asperius, inquit, locutus  
est, &c. imò fortasse liberius.

¶ Syntaxis. Asper & vehementer. Nimis asperè. Acerbè & asperè.  
Asperè, ferociter, liberè, dicere, tractare, maledicere.

**A S P E R G O**, respingo. 3. de Nat. 88. Hostiam immolare noluit, ne aram sanguini aspergeret. 4. ad Her. 62. Quem ore attingere, dentibus infecare, lingua aspergere poslit.

**T** *Incipio, lato.* In Vat. 41. Milioni nonnullam laudatione tua labeculam aspergis. pro Pla. 30. Hunc tu vita splendorem maculis aspergis iustis?

**A** *tingo, misco.* 2. Fam. 16. Haec aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere. 1. Qu. Fr. 9. Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc aspergit molestia, quod, &c. pro Clu. 71. Atque etiam ipse conditor torius negotij guttam aspergit huius Bulbo. pro Mur. 66. Si illius comitatem facilitatemque tuae grauitati & seueritati asperseris.

**T** *Tribuo.* pro Cecin. 17. Eburio sextulam aspergit; id est, baredem fecit ex sextula.

**A S P E R G O R**, admisceor. in Vat. 15. Nequa ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur. pro Cor. 56. Idcirco illa in omni parte orationis sua arte aspergi videbatur. Orat. 87. Huic generi orationis aspergentur etiam fales.

**A S P E R S U S**, sparsus, impersus, injectus. 1. de Diuin. 23. Aspersa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere possunt fortuita.

**F** *Exauditus, notatus, affectus.* 2. in Ant. 91. Senatus consulta quasi fuligine asperfa. 6. Fam. 6. Eodem fonte se hauturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. pro Cæl. 23. Qui istius facti non modo iuspicio, sed ne infamia quidem est aspersus.

**A D V E R B.** Leuiter, 6. Fam. Temere, 1. de Diuin.

**S** *Syntaxis.* Aspergere lingua, laudatione maculis. Aram aspergere, splendorem, sextulam. Aspersa sales Fuligine senatus consulta aspersa. Aspergere alicui labeculam, sextulam.

**A S P E R I T A S**, salebra. 2. dc Nat. 98. Saxorum asperitates, impendentium montium altitudines. 9. A. 2. Asperitas viarum. 1. de Or. 3. In his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis obsequar studiis nostris. 2. de Or. 212. Oratio in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur.

**A D I V N C T A.** Iudicialis, 2. de Orat. Rustica, 3. de Orat.

**S** *Syntaxis.* Communitas abstracti. Asperitas saxonum, viarum, rerum, contentio.

**A S P E R N A T I O**, contentus, contentio. 4. Tusc. 32. Perturbationes animi ex aspiratione rationis eueniunt.

**A S P E R N O R**, respuo, refuso, repudio, reijcio, fugio, abhorreo. pro R. P. 44. Quam virtutem non modo aspernari ac refutare, sed etiam complecti & augere debet. pro Cl. 47. Seruus sermonem Fabricij non est aspernatus. 2. de Ora. 154. Philosophiam haec ciuitas nunquam aspernata est. 6. V. 113. Quas illorum querimoniae nolite per Deos immortales aspernari, nolite contemnere ac negligere. 3. de Or. 97. Gustatus, quod valde dulce est. aspernatur ac respuit. 7. At. 16. Quanquam non aspernor Trebatij literas. ad Brut. 17. Cicero seruitutem honorificam modo non aspernatur. 15. At. 12. Cassius frumentariam rem aspernabatur. 2. Qu. Fr. 11. Focos autem illius de sua egestate ne sis aspernatus, pro S. R. 153. Hanc proscriptionem nisi hoc iudicio à nobis reiicit & aspernamini, videte per deos, &c. pro Sest. 30. Is nunquam auctor est equitum Romanorum preces aspernari. pro Clu. 194. Cuius fuorem deos immortales à suis aris aspernatos esse confido. de Fat. 47. Dicere aliquid quod omnium mentes aspernetur ac respuat. I. P. 45. Nemo cuius est, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione deniq. ipsa consulatus tui perhorrescat. 2. Fam. 1. Præfertim si in eo genere studium meum non aspernabere. 5. Tusc. 91. Quos cum tristiores vidisset, x x minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. 2. de Fin. 31. Appetere voluptatem. (aspernari dolorem.) 13. At. 37. Vtrum aperte hominem asperner ac respuam, & oculis, & audeat. 1. de Fin. 15. Et tamè à Philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat, non admidum flagitem. *Lege.* M A L E F I C U S. \* I. P. Qui colore ipso patet aspernari, oratione genus, moribus nomen. || 4. Fa. 9. Vide ne superbi sit aspernari eiusdem liberalitatem. 5. 12. Ea si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere.

**S** *Syntaxis.* Aspernari virutem. Ab aris Deus aspernatur. Animo aspernari. Non aspernor. Aspernor, & respuo, aspernori, & refuto: reijcio, & aspernor.

**A S P E R S I O**, respercio. 2. de Leg. 24. Nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur. 1. de D. 23. Aspersione fortuita.

**A D I V N C T A.** Fortuita, 1. de Diu. Sumptuosa, 2. de Leg.

**A S P I C I E N D V S**. de Clar. 12. Tanquam ad aspiciendam lucem esse reuocatum.

**A S P I C I E N D I**. 1. de Or. 161. Sed ea cum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit.

**A S P I C I O**, conficio, tuor, intueor, contueor, aspecto, in aliquem oculos coniego, alicuius in vulvo habitant oculi mei, obtutum in aliqua re figo. 1. de Ora. 161. Sic euoluunt oratio, vt eius vim & incitationem aspicerim, vestigia ingressumque non viderim. 3. de Ora. 122. Hoc cernes. si modo aspiceris. 3. C. 13. Illi inter se furtum nonnunquam aspiciebant. pro Syl. 74. Aspice, ipsum contue-

minos. de Arusp. 2. Sed vecors repente sine voce constitit: dein de respexit, & simul ad Cn. Lentulum Col. aspexit, concidit, in curia penè limine. 1. de Diu. 73. Respexitque, & equum alacrem latens aspexit. pro S. R. 63. Propter quos hanc suauissimam lucem aspicerit. 2. A. 76. At etiam alicipis me, & quidem vt videris iratus. \* con. C. Anton. Cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo sine luctu aspicere posset. de Arusp. 33. Aspicerre urbem.

**A S P I C I O R**, de Ar. 8. Sacra, quæ viri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est.

**A D V E R B.** Furtim, 3. Cat. Strictim, 1. de Orat. Decore, 1. Offic.

**S** *Syntaxis.* Aspicerre vestigia, lucē. Inter se aspicerre, & ad aliquem. Si modò aspiceris. Aspice, contuere. Aspici oculis.

**A S P I R A T I O**, exhalatio. 1. de Diu. 79. Quæ omnia fiunt, & ex cœli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum.

**S** *Spiritus.* Orat. 160. Maiores nusquam, nisi in vocali, aspiratione vtebantur. *Lege.* H.

**S** *Spiratio.* 1. de D. 130. Ut eius ecoli aspiratio grauis & pestilens futura sit. 2. de Nat. 83. Animantes autem aspiratione aëris sustinentur, alias, aspiratione.

**S** *Syntaxis.* Terra aspiratio, Aëris aspiratio: in qua trahitur aëris.

**A S P I R A N S**, spirans. 2. de Nat. 136. Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant.

**A S P I R O**, nitor, cogito. || Quis non mediocriter in bonorum autorum lectione versatus non putet. Aspiro idem valere quod contendit. Esi nullus id Ciceronis state hoc verbo significare voluerit, omnes enim peruenire aut accedere exposuerunt. 1. V. 20. Nemo ad alienam causam inuitis iis, quorum negocium est, accedere aut aspirare debet. 3. 142. Quid enim quisquam ad meam pecuniam me inuito aspirat: de Clar. 84. Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemmo potest: id est, ad Africani gloriam, pro Syl. 52. Quis tum dicit in campum aspirasse Syllam? Orat. 139. Sed hæc ad eam laudem, quam quærimus, aspirare nos possunt. pro Q. 89. Dixi. Romæ domum fuisse, quo iste ne aspirauit quidem, pro Cec. 39. Si mihi autem occurratur, ne non modò intrare, verum etiam aspirare aut aspirare possim.

**F** *Faneo.* I. P. 11. Cum tu non modò ad eum Ciceronem, cui, &c. nunquam aspirsti, sed omnibus consiliis, quæ ad me opprimendum parabantur, interfueristi. 4. ad Her. 45. Magno se prædicat auxilio fuisse, qui ad paululum in rebus difficillimis aspirauit.

**A** *Accedo.* 5. Tusc. 1. 2. Hæc in eculeum coniiciuntur, quod non aspirat vita beata. 5. Ibid. 2. Occupauit, inquit, te fortuna, atque ceipi, omnisque aditus tuos interclusi, vt ad me aspirare non posset. 7. Fam. 10. Subiunideo tibi, vtrò te etiam acceſſum ab eo, ad quem cæteri propter eius occupationem aspirare non possunt. 4. V. 76. Quando iste nisi Februario mense aspirabit in curiam?

**S** *Syntaxis.* Aspirare ad causam, ad pecuniam, in curiam, in difficultissimis rebus aspirare. Aspirare alicui. Aspirare, aut accedere.

**A S P I S**, serpens exiguum, perniciosissimus. pro R. P. 23. Demetrius aspide ad corpus admota, vita est priuatus. || 3. de Nat. 47. Aspidas, crocodilos, &c. 2. de Fin. 59. Si scieris aspidem occulte late respiciam, & velle imprudentem super eam assidere, cuius mors tibi emolumentum factura fit, improbè feceris, nisi monueris ne assideat.

**A σπειρός**, Saturnus, id est, immitis. 13. At. 40.

**A S P O R T A N D V S**. 6. V. 11C. Is hoc signum auellendum asportandumque curauit.

**A S P O R T A T I O**. Ibidem. Quod eorum demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur.

**A D I V N C T A.** Perdifficilis, 6. Verr.

**A S P O R T A T V S**, 3. V. 53. Signa plaustris evecta asportataque, *Lege.* D E P O R T A R E.

**A S P O R T O**. Parad. 1. Cæteri ita fugiebant: vt multa de suis rebus asportarent.

**S** *Syntaxis.* Asportare & auellere. Euehere & asportare. Multa de suis rebus asportare.

**A S S A**, cella in balnearijs ubi tantum sudant, non etiam lauant: idcirco Seneca sudatoria vocat. *Lege.* B A L N E A R I A.

**A S S E C L A**, affectator. 6. At. 3. Qui potentissimorum contumaciam non tuli, ferrem huius affectus: 2. de Diu. 79. Cæsar troginorum tetrarchiam Deiotarus eripuit, & affectus suo Pergameno necio cui dedit. in Sal. 21. Tu omnium mensarum affectus. 3. V. 65. Legatorum affectus. \* pro C. Cornel. 2. Pauci assentatores eorum atque affectus subsequuntur. || 5. V. 34. Ab affectis suis quadruplici condemnari.

**S** *Syntaxis.* Affecta, pro familiari & amico; translatione. Mensarum affecta.

**A S S E C T A T I O**, pro Mur. 70. Tenues homines, &c. habent hanc in nostris petitionibus operam atque affectionem. Q. de Pet. 27. Sed quoniam affectionis mentio facta est, id quoque curandum est, vt, &c.

**A S S E C T A T O R**, affecta, pro Cor. 62. Cum ducibus ipsis, non cum comitatu affectatoribusque configant. 4. V. 29. Quidam

**AFFECTATOR** ex numero amicorum. Quod de Pet. 27. Tertia est hoc genere assidua affectatorum copia.

† **ADIVNC.** Vetus, 4. Ver.

¶ Syntaxis. Comitatus & affectatores.

**ASSECTOR.** 1. de Orat. 239. Cum adilitatem P. Crassus peteret, eumque Seruius Galba affectaretur, &c.

**ASSENSIO**, assensus, approbatio, plausus, applausus. de Cl. 114. Orationis genus exile, nec satis populari assensioni accommodatum. 4. Acad. 37. Nunc de assentione atque approbatione, quam Graci *avvaglione* vocant, pauca dicemus. de Cl. 289. Crebra assentiones, multae admirationes. 1. de Inu. 51. Inductio est oratio, quae rebus non dubiis captat assentionem eius quicum instituta est. Ibid. 48. Iudicatum est, res assensione aliquorum comprobata.

¶ **Prosequitur naturalis rei profectus.** de Fat. 42. Assensio fieri non potest, nisi commota viso. Ibid. Assensio fieri non potest, nulla vi extrinsecus excitata. Ibid. Appetitum sequitur assensio & actio. Ibid. de assensionibus multa.

† **ADIVNC.** Crebra, popularis, de Clar. Falsa, 3. de Fini. Firma & constans, voluntaria, 1. Acad. Firma veraque, de Vnuer. Imbecilla, 4. Tusc. Nec tacita nec occulte, pro Mil.

¶ Syntaxis. Assensio popularis, crebra. Assensio & comprobatio. Assensio commora viso.

**ASSENSOR.** 6. Fam. 21. Quotidiè commemorabam te vnum in tanto exercitu mihi fuisse assensem.

**ASSENSUS**. 4. Acad. 99. Sapiens multa sequitur probabilitia, non comprehensa, neque percepta, neque assensa, sed similia veri.

**ASSENSUS**, assensio, approbatio. 4. Acad. 94. Assensum à certis & illustriribus cohibere. Ibid. 57. Assensum retinere. Ibid. 39. Quare qui aut visum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit è vita. Ibid. Præfertim quum ipsi dicatis sapientem in furore sustinere se ab omni assensu, quia nulla in visis distinctione appareat. Ibidem. 108. Assentu suo comprobare aliquid. 2. de Natu. 4. Quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius? A spice hoc sublimi, candens, quem inuocant omnes, Iouem. 2. de Clar. 185. Vulgi assensu, & populari approbatione iudicari solet. 4. Acad. 108. Assensus lubricos sustinere. Ibidem. 104. Assensus sustinere sapientem dupliciter dicitur. 3. de Finib. 31. Obsistere visis, assensuque suos firmè sustinere.

¶ Syntaxis. Lubricus assensus. Assensum cohibere, tollere. Assensu suo comprobare. Vulgi assensia indicare. Sustinere se ab omni assensu.

**ASSENTANDI.** 2. de Ora. 122. Dicam enim non reverens assentandi suspicionem.

**ASSENTATIO**, adulatio, blanditia, blanda vanitas, blandum mendacium. pro Clu. 36. Is se blanditiis & assentationibus in Asinij confuetudinem penitus immersit. 13. Attic. 28. Quam enim turpis est assentatio? cum vivere ipsum turpe sit nobis. 1. Qu. Fr. 1. Graci diurna seruitute ad nimiam assentationem erudit. de Amic. 98. Semper auget assentatio id quod is cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. Ibid. 62. Benevolentiam ciuium blanditiis, & assentationibus colligere turpe est. Ibid. 91. Assentatio vitiorum adiutorum procul amoueat.

† **ADIVNC.** Adiutrix vitiorum, callida, faceta, molesta, non digna homine, pernicioса, de Amic. Nimiа, epist. ad Brut. Turpis, 1. Attic.

¶ Syntaxis. Assentatio turpis, adiutrix vitiorum. Assentationibus se immergere. Ad assentationem erudire. Blanditia & assentationes.

**ASSENTATIVNCVLA.** 5. Fam. 12. Ac non vereor, ne assentatione quadam aucupari tuam gratiam videar.

**ASSENTATOR**, ad voluntatem dicens. 1. Offic. 91. Cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures. Ibid. 41. Perniciosus assentator. de Am. 94. & 95. Assentator ad alterius non modò sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur. 1. Tusc. 61. Quidam ex eius assentatoribus Damocles, &c. 2. Offic. 62. Assentatores populi, multitudinisque levitatem voluptate quasi titillantes. I.P. 70. Græculus assentator. 3. de Ora. 11. & Top. 83. An aliquid interfit inter assentatorem & amicum. pro Cecin. 14. Assentator mulierum.

† **ADIVNC.** Perniciosus, 1. Offic.

¶ Syntaxis. Assentator perniciosus, Græculus. Assentator populi. Assentator titillans multitudinis levitatem.

**ASSENTATORIE.** 2. Qu. Fr. 14. Dubitare te non assentatori, sed fraterne vero.

**ASSENTATVS.** 4. Acad. 45. Ut nihil nobis assentati esse videamus.

**ASSENTIENDO.** 1. de Diuin. 7. Omaibus in rebus temeritas in assentiendo errorque turpis est.

**ASSENTIENS.** 2. de Diu. 104. Ennius, qui magno aplausu loquitur assentiente populo.

**ASSENTIO**, assertione approbo, assentior, cum aliquo sentio, concedo.

9. Attic. 11. Assentio tibi, vt in Formiano potissimum commoveret. 1. Famil. 1. Nam aduertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio. 1. Offic. 18. Cauendum est, ne his rebus temerè assentiamus.

¶ Syntaxis. Assentire alicui. Temerè assentire. In assentiendo turpis temeritas.

**ASSENTIOR**, assentio, conuenio, probo, blandè mentior, cum aliquo sentio, plando, audio, in sententiam alius tuis eo, vel discedo, vel discessione facio. || monendi hic sunt iuniores, ne cum exprimere volum aliquem approbare alicuius sententiam, consentire dicant (ut multi) sed assentiri, sic enim optimi auctores loquuntur. 1. de Orat. 214.

Tibi Senatus breuiter impoliteque dicentes maximis est de rebus assensu. 16. Att. 14. Is in Caſca mihi valde assensu est. pro Cor. 61. Neque me diffensioni meæ pristinæ putavi potius assentiri, quam præsentibus reipubl. temporibus & concordie conuenire. 1. de Orat. 126. Illud verò quod à te dictum est, esse permulta, &c. valde tibi assentior. 3. de Nat. 64. De quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo autem quid tibi assentiar. 3. de Orat. 182. Namque illud assentior Theophrasto, &c. 1. de Orat. 35. Tum ille, Cæterà, inquit, assentior Crasso. 7. Attic. 13. Item, De Venonianis rebus tibi assentior. Ibid. 1. Catoni assensu est Faonius. 1. Fam. 1. Huic assentientur reliqui Consulares. 7. At. 3. Habet enim res deliberationem, et si ex magna parte tibi assentior. 4. Aca. 68. Vitiosum est assentiri quicquam falsum. ad Bru. 2. Primo acerbissime tulit Seruilius, assensum esse mihi de Plancio. 1. Famil. 2. Bibulo assensum est de tribus legatis. \* de Consolat. Assentiamur eorum sapientiæ. 2. Famil. 15. Assensus est ei.

† **ADVERB.** Aperte, 1. Fam. Arroganter, 2. de Inu. Certe, 1. de Nat. Facile, 11. Att. Falso, 3. de Finib. Frequenter, 10. Fam. Imbecilliū, omnino, temerè, vehementer, 4. Acad. Libenter, 11. Phil. Paulum, de Clar. Plane, 9. Fam. Profsus, 4. Attic. Recete, 1. de Inu. Valde, 16. Attic.

¶ Syntaxis. Assentiri alicui de re aliqua. Quid tibi assentiar? Assentitur omnia. Valde, id est, ex magna parte assentiri.

**ASSENTOR**, adulor, blandior. de Clu. 296. Hæc germana ironia est, cur ita sentiam non dicam, ne me tibi assentari putas. 9. Fa. 12. Et tibi assentantur tandem dum ades. de Amic. 97. Qui ipse sibi assentatur. 8. Atti. 9. Non sum veritus, ne viderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiecisse, de Am. 94. Postremo imperavi egomet mihi assentari omnia.

¶ Syntaxis. Assentari alicui. Assentari omnia.

**ASSEQVOR**, consequor, nancior. 3. de Nat. 38. Ratione utimur ad eam rem, vt apertis obscura assequamur. pro Pl. 60. Eosdem sumus honorum gradus, quos illi, affecuti. Postq. ad Quir. 5. Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos affecuti. I.P. 2. Affequi omnes magistratus sine repulsa. de Amic. 29. Ut amicitia sit, per quam quisque affequatur, quod quisque desiderat. de Ar. 18. Nemo illorum prudentiam, non dicam affequi, sed quanta fuerit perspicere potest. 1. Fa. 7. Itaque omnia qua ne per populum quidem sine editione se affequi arbitrantur, per Senatum consecuti sunt pro Pla. 90. Nunquam ego mortem potius, quam immortalitatem affecutos putavi. § 1. de Legib. 7. Eum tamen velle duntaxat imitari, quem si affequi potest, aliquantum tamen ab optimo abesset. 1. de Orat. 133. Ut ne plus affequamur quam quantum tu in dicendo affecutus es. Ibidem. 134. Nemo vñquam affequetur. 2. de Diu. 12. Coniectura affequetur. 1. de Ora. 136. Quod neque precibus vñquam nec insidiando, nec speculando affequi potuit. 3. At. 5. Ad te quid scribam, nescio: si enim es Romæ, iam me affequi non potes: si es in via, cum eris me affecutus, coram agemus. 2. de Nat. 5. Augescantque & pubescant, in matutinatemque affequantur.

¶ Obineo. 1. Offi. 110. Nihil sequere, quod affequi, nequeas.

¶ Intelligo. 12. At. 4. Non affequor, vt scribam quod aequo animo legas. 7. 13. Coniectura vel suspitione affequi aliquid. 4. V. 181. Affequor, *προσελκύω*. item, Nihil horum inuestigari, nihil affequi poterit. de Am. 19. Hos viros bonos appellando putemus, qui affequuntur quantum homines possunt. 2. de Inu. 139. Ut essent non qui scriptum suum recitarent, &c. sed qui cogitationem affequi possent.

¶ Teneo. 1. Tusc. 94. Senectus non in cursu à tergo insequens, nec opinantes affecutus est.

¶ Equo. 6. Fam. 4. Benevolentiam tuam erga me imitor, merita non affequor. 4. ad Her. 29. Ut longitudo aut plenitudo harum, multitudinem alterius affequatur & exæquet.

† **ADVERB.** Amplius, pro Plan. Celeriter maturitatem, 2. de Orat. Facile, 12. & 16. Attic. Gradatim, Postq. ad Quir. Optimè, de Vnuer. Prudentius, 2. de Diu. Subtilius, ad Brut. 15.

¶ Syntaxis. Affequi Magistratus, merita, cogitationem. Affequi per amicitiam, per populum. Insequitur, & affequitur tandem. Affequor, & exæquo.

**ASSERO**, affirmo, vendico. 3. Offic. 55. Qui proscribunt villam (vt ipsi asserunt) bene aedificatam.

**ASSECTOR**. pro Fl. 40. Cum in causa liberali, eum qui affecbutur, cognatum suum esse dicere.

¶ Syntaxis. Absolutè, vt afferunt, Afferre de hac re. Ille afferebatur.

**ASSERTIO.** 1. Acad. 44. Academici censem nihil oportere, neque profiteri, neque affirmare quenquam, neque assertione approbare, &c. Lege, PRÆCVRRO & SVSTINEO.

ASSERVA

**A S S E R V A T V s.** pro Arch. 9. Cū Appij tabulæ negligentius aferuatae dicerentur.

**A S S E R V I O s.** seruo 2. Tusc. 56. Qui volunt exclamare maius, toto corpore contentionis vocis afferuant.

